Weilen nun das Chirik und Schurek sich niemahlen in das Schva verändern lassen, so hat man auch aus selben keine Composita zu machen nöthig gehabt, dahero es auch bey denen dreyen oberörterten jederzeit geblieben. Das Kometz Chatuph kommet sehr selten,

cum consonante suo tanquam syllabæ initium, sequenti se vocali insistit, & innititur. Quiescens vero, quod sonum suum unacum consonante (cui adjacet) ex integro amisit, præcedenti suæ syllabæ inhæret, utpote sui completivæ & terminativæ.

Igitur Schva mobile initium, quiescens vero complementum syllabæ est.

Porro Schva mobile subdividitur in simplex & Compositum. Si solum positum simplex, parvæ vocali autem associatum, compositum nominatur. Hoc posterius igitur triplex est; nimirum

Chateph Patach	(ֲ)
Chateph Segol	(ֱ)
Chateph Kometz	(ֳ)

Ideo autem usus Schva compositi invaluit, ut (quia sub initium & medium vocis, sub qualibet Consonantum, si litteras quiescentes excipias, Schva simplex ponendum est, illud autem gutturales partim ob duritiem, partim ob mollitiem suam respuant, locum Schva simplicis mobilis infra dictas Gutturales Schva Composita suppleant. Loca huic Regulæ contraria in scriptura occurentia singularia sunt. Porro cum Chirik & Schurek se nunquam in Schva mutari sinant, idcirco etiam frustra ex illis catephim fierent. Atque ideo tria solummodo chatephim numeramus. Ex his

Ko-

und nur damal zum Vorschein, wann selbes die Gleichheit der Sylben zu halten erfordert wird.

Vom א ist als was besonderes zu merken, daß selbes, weilen es ohnedem ein ruhender Buchstab ist, auch ein Schva quiescens niemalen annehmen könne, dahero auch die Stellen der Schrift, welche das Gegentheil zeigen, vor seltsam anzusehen; gemeiniglich hat selbes sein Cateph Segol wegen den geringen Ausspruch, der beyden gemein ist.

Das ח und ע hingegen lieben wegen ihrer Härte ebenmäßig das Schwerere aus denen Raptis, welches ist das (ֲ) Cateph Patach; doch nimt das א wann ihm ein Patach vor oder nachgegangen ist, wegen der den Hebräern so beliebten Gleichheit, besagtes Cateph Patach an, gleich wie nicht weniger das ח und ע das Chateph Segol überkommen können, wann die Aehnlichkeit der vorstehenden und mit Segol bezeichneten Sylben es erfordert.

Weil nun wie oben erwiesen worden ist, das Schva nichts anders als ein Anfang der Sylben ist; so gehet es durchaus nicht an, daß zwey Schva simplicia, oder auch ein Schva simplex und Compositum, gleich wie eben zwey Schva Composita unmittelbar hintereinander im Anfang des Worts stehen sollten; indem ihnen in solchem Fall der Vocal, auf welchen sie doch sich allemal lehnen müssen, abgehen würde. So oft es aber erforderlich wäre, daß im Anfang des Worts zwey Schva hintereinander folgen solten, so verändert sich das erstere, unter jedem Consonanten, (wovon jedoch Vav und die Gutturales (a) auszunehmen sind,) mehrentheils in das Chirik: e. g. כִּלְבַב

(a) Wann selbe auch nur nachfolgen wie es die fernere Regel anzeigen wird.

Kometz chatuph Rariſſime occurrit & tunc tantum, ſi illud Toni & Syllabarum æqualitas expoſcat.

Cæterum א neque Schva mobili neque quieſcenti ſignari poteſt, cum illud ipſum unum ex quieſcentibus ſit. Quare ob pronuntiationis ſuæ exilitatem Cateph Segol pronuntiatu viliſſimum amat. Et ſi autem א in decurſu ſcripturæ quandoque Schva notatum reperiatur, id tanquam inſolitum & inſuetum quiddam ſuſpiciendum eſt. Cæterum ח & ע ob duriorem ſui enuntiationem, etiam ſe duriori ex Chatephim, nimirum ipſi Cateph Patach aſſociant, interim tamen Chateph Segol non refugiunt, ſi æqualitas præcedentis ſyllabæ id exigat, & ob hanc rationem ipſum etiam א ad tonum antecedentis Syllabæ æquandum Chateph recipere poteſt.

Vt autem ad Schva revertamur, paulo ſupra oſtendimus, id nil aliud niſi initium Syllabæ eſſe; quare etiam impoſſibile eſt, ut duo Schva ſimplicia vel compoſita, vel etiam unum ſimplex & alterum Compoſitum ſe invicem ſub initio vocis ſequantur, ſi autem neceſſitas exigat ut Schva duplex ponatur, primum ex illis, niſi Vav, aut una ex gutturalibus ſit, infra quamlibet conſonantem fere ſemper in chirick degenerat. e.

כְּלֵבָב statt כִּלְבַב (a) בִּבְכוֹר statt בִּבְכוֹר (b) Stehet aber das anderte von erwehnten zwey Schva unter einem Guttural; so verwandelt sich das Erste aus ihnen unumgänglich in ein Patach, vermöge der Natur der Sprache und der Gutturalen, weilen jenes mit diesem aus einen Organo entspringet; כַּחֲצוֹת statt כְּחֲצוֹת (c). befindet sich hingegen das Erstere aus den zweyen in Anfang des Worts zu setzenden Schvaen, unter den Vav, so ersetzet, wegen eben der Gleichheit des Organi ein Schureck seine Stelle, וּלְעַמְּךָ וּדְבַר (d) welches alsdann so ausgesprochen wird als ob es ein א vor sich hätte. (e) Folget aber dem Vav ein Jod nach, so ändern sich beede Schva in Chirik, so daß das Jod alsdann ruhend wird. (f) וִיסַּלֵּף (g) וִימֵי.

Eine andre Bewandnus hat es mit zweyen in der Mitte des Worts aufeinander folgenden Schvaen, da das Erstere ruhet, das Letztere dagegen jederzeit lauten muß; schliessen aber zwey hintereinander kommende Schva das Wort, so geben sie, obschon beyde ruhen müssen, dem ihnen vorgehenden Vocal, wegen ihrer füglicheren Ruhe, einen merklichen Anhalt. (h) נֵרְדְּ.

§. III

(a) Reg. 1. c. 11. 4.
(b) Deut. 15. 19.
(c) Exod. 11. 4.
(d) Samuelis 1. c. 3. 1. Exod. 8. 5.
(e) Siehe Aben Esra in Coment. über das 1. cap. Exod.
(f) Deutr. 16. 10.
(g) Ester 9. 28.
(h) Cant. 4. 14.

x. כִּלְבַב pro כִּלְבַב (a) בִּבְכוֹר pro בִּבְכוֹר (b) Excipimus Gutturales, Schva enim secundum, si infra Gutturalem sit, in Patach desinit, quod Gutturales & Patach ejusdem organi sint כַּחֲצוֹת pro כַּחֲצוֹת (c) si autem primum Schva sub initio vocis infra Vav ponendum esset, tunc illud ob æqualitatem organi, quod Schureck cum Vav commune habet, in Schureck convertitur: ut in וּדְבַר וּלְעַמְּךָ (d) atque adeo, quasi א id præcessisset, pronuntiatur. (e) Si autem post Vav, quod Schva notandum fuisset, Jod sequatur, tunc utrumque Schva quiescens in Chirick migrat Jod interim quiescente ex g. (f) וִימֵי (g) וִיסַלֵּף

Porro, si in medio vocis duo Schva sibi succedant, tunc primum quiescit, alterum vero mobile est. Etsi vero in fine ex duobus se comitantibus Schva utrumque quiescat, id tamen efficiunt, quod antecedens ea vocalis ob ampliorem quietem, quam ei præstant, plus solito producatur. (h) נֵרְדְּ

C 2 §. III.

(a) Reg. 1. 11. 4.
(b) Deut. 15. 19.
(c) Exod. 11. 4.
(d) Samuelis 1. c. 3. 1. Exod. 8. 5.
(e) Vide Aben Esra in Commentario super cap. 1. Exodi.
(f) Deutr. 16. 19.
(g) Ester 9. 28.
(h) Cant. 4. 14.

§ III.

Die Regeln des Schva mobilis.

Die Bewegung des Schva gründet sich auf deren sieben; Erstlich ist es mobile im Anfang des Worts als wie בְּרֵאשׁ weil sonst der darüber stehende Consonans nicht gehöret wird.

Zum andern nach jedem grossen Vocal ohne Accent wie יֹאבְדוּ weil der grosse Vocal seinen ganzen Laut hat, und folglich des Thons von dem Schva unbenöthiget ist.

Drittens nach einem andern ihm vorgehenden Schva in der Mitte des Wors, wie יִקְטְלוּ weil dieses letztere Schva keinen Vocal vor sich hat, auf welchen es sich lehnen könte, und doch sein Consonans ausgesprochen werden muß.

Viertens wird es mobile unter einem mit Dagesch Forti, oder Leni bezeichneten Buchstaben, wie in פִּקְּדוּ zu sehen. Die Ursache wird in der Anmerkung vom Dagesch gegeben werden.

Fünftens nach einem kleinen Vocal, der an statt eines Schva gesetzet und kein Metheg (welches ein in gerader Linie hinabwärts gezogenes Strichlein ist) mit sich führet, e. g. מַלְכֵי von מְלָכִים zeiget. Dann weil der kleine Vocal, wie gesagt, die Stelle des Schva ersetzet, unter zwey Schva aber das letztere jederzeit lauten muß, so ist es auch hier mobile, welches in Erläuterung der mindern Vocal deutlicher dargethan werden wird.

Sech-

§. III.

Regulæ, quæ Schva mobile esse Demonstrant.

Harum sunt septem. Primo. Mobile est Schva in principio vocis, secus enim consonans illius reticeretur, ut in בְּרֵאשִׁית

Secundo. Post omnem magnam Vocalem, quæ nullum accentum habet, cum enim præfata magna vocalis sonum suum de se integrum habeat, igitur per Schva sequens integrari non indiget. v. יֹאבְדוּ

Tertio. Ex duobus Schva in medio vocis se invicem sequentibus posterius semper mobile est, priore quiescente, cum ante se vocalem non habeat, cui innitatur, consonans autem, quæ Schva notata est, sonum suum Exigat; ut in יִקְטְלוּ videre est.

Quarto. Schva mobile est infra litteram, quæ puncto Dagesch pollet, ut in voce פִּקְּדוּ. Ratio hujus in enuclatione ipsius Dagesch assignabitur.

Quinto. Mobile est post parvam vocalem loco Schva positam, si illam nullum metheg (quod est Linea perpendicularis) comitetur, vide vocem מַלְכֵי a plurali מְלָכִים cum enim hoc loco parva vocalis, ut dictum, pro Schva ponatur, idcirco Schva sequens moveri debet conformiter ad superiorem re-

Sechstens. Ebenfals nach einem kleinen Vocal, welchen ein Metheg begleitet; indeme das Metheg dem Vocal einen solchen Anhalt giebet, daß der darauf folgende mit den Schva bezeichnete Consonans sich auf selben nicht mehr lehnen könne, mithin den Laut seines eigenen untergesetzten Schva ausdrucken muß. Solches erhellet in den Wort וַיִּרְאוּ: (a) wovon in dem §. von Metheg ein mehreres wird gehandlet werden.

Siebendens. Wird selbes mobile, unter dem ersten aus zweyen gleichen, oder auch nur in etwas gleich lautenden Consonanten, weil dieser sonst, wann das Schva ruhend wäre, nicht anderst gehöret werden könte, als ob ein Dagesch in dem zweyten Buchstaben stünde; besiehe die Wörter פָּקְדַת הַלְלוּ; und diese in dem ת des letztern Wortes wider die Regul vorkommende Dageschfigur werde in dem §. de pronomine gründlich erörtern.

§ IV.

Die Regel des ruhenden Schva.

Von dem ruhenden Schva merken wir fünf Regeln. Erstlich: ruhet dasselbe, es stehe einfach oder doppelt, am Ende des Worts, weil es nach sich keinen Vocal hat, auf dem es sich legen könte. Besiehe die Worte כָּרַתְּ und קָטַלְתְּ.

Anderns: Ist das Schva quiescens nach dem kleinen Vocal ohne Metheg wie es das Wort הַסַּרְדִּי (b) aus-

(a) Josue am 4. cap. 14. v.
(b) Numer. 29. cap. 26. v.

gulam, ubi diximus quod ex duobus Schva ſe ſequentibus poſterius nunquam quieſcere poſſit. De hoc fuſius in materia de Dageſch.

Sexto. Schva mobile eſt, poſt parvam vocalem, cui Metheg adjectum eſt, ut in verbo (a) וַיִּֽרְאוּ; Syllaba enim quæ Schva præcedit, propter parvam vocalem, & Metheg adnexum integri toni eſt; de quo prolixius in §. de Metheg diſceptabimus.

Septimo. Denique Schva movetur, ſub prima ex duabus ſibi ſuccedentibus ſimilibus, vel etiam ſono tantum affinibus Conſonantibus, ſecus enim una vel altera ex præfatis Conſonantibus non audiretur ut verba הַלְלוּ & פָּקַדְתְּ docent, atque hoc in ת poſterioris vocis obvium contra regulam Dageſch ſignum § de pronomine penitus elucidabimus.

§. IV.

De Regulis Schva quieſcentis.

Harum Quinque numeramus. Primo Id quieſcit in fine vocis ſive ſimplex, ſive geminatum ſit, cum tanquam Terminus vocis poſt ſe nullam aliam vocalem habeat,, cui inſiſtat ut in כָּרַתְּ vel in קָטַלְתְּ

Secundo. Schva quieſcit poſt parvam vocalem, quæ Metheg caret ut in הַסַּרְדִּי (b)

 tunc

(a) Joſue 4. cap. 14. v.
(b) Numer. 26. cap. 26. v.

ausweiset; damit das ruhende Schva die halbe Sylbe des Patach als eines kleinen Vocals ergänze.

Drittens: ruhet es nach dem Vocal, er seye groß oder klein, deme ein Accent anhängig ist, weil die Eigenschaft des Accents mit sich bringet, die Sylben, wo er stehet, den Anhalt, als anderthalb auszudehnen. Damit nun diese anderthalben Thon ergänzet und zu zweyen werden, so wird ein Schva quiescens erfordert. Als in קָטֹנְתִּי (a) גַּרְתִּי (b) zu beobachten ist (doch wird von dieser Regel ausgenommen, jenes Wort in welchem der Accent an statt des Metheg stehet, welches alsdenn geschiehet, wann ein Wort mit zweyen Accenten versehen, wo der erstere des andern bedienter ist, wie sich in תֵּעָצְבוּ (c) und וְעֵינְכֶם (d) äussert; wo das Schva nach dem grossen Vocal mit dem Accent mobile ist. Dann in solchem Fall stehet der erstere Accent an statt eines Methegs, und bewürket folglich das nemliche, was ein Metheg verursachen würde. Diesem ist ganz entgegen, daß wenn das Metheg an statt eines Accents gesetzet wird, das Schua nach ihme ruhend seye. Die Erkanntniß dessen, wann es statt des Accents zu stehen komme, wird sich bey der Abhandlung des Methegs erweisen lassen.

Viertens. Ist das Schva quiescens, wann ihm in der Mitte des Worts ein anders nachgehet, weil das

(a) Genes. cap. 32. v. 10.
(b) Genes. cap. eodem v. 5.
(c) Genes. cap. 45 v. 5.
(d) Eodem v. 20.

tunc enim Schva quiete ſua priorem ſyllabam, parva vocali nempe Patach ſignatam, ideoque ſono incompletam perficit.

Tertio. Poſt vocalem accentu auctam, ſive illa parva ſive magna ſit, cum enim accentus ex natura ſua, quod verbo quantitatem graviorem præſtet, cum vocali tonum Semi-alterum efficiat, reſiduum toni duplicis per Schva quieſcens redintegrandum eſt. Vide verba קָטֹנְתִּי (a) גַּרְתִּי (b) Excipe tamen ab hac regula vocem, inqua accentus duplicatur, & ubi prior ex illis loco metheg poſitus miniſtrum facit, tunc enim Schva poſt magnam vocalem cum accentu movetur. Videantur voces תֵּעָצְבוּ (c) עֵינֵיכֶם (d) Contrarium emergit, ſi Metheg accentus loco ponatur, tunc enim Schva ſequens quieſcere facit. Quando autem Metheg accentus vicem expleat, in ſpeciali ſuper ipſo facta explanatione enucleabitur.

Quarto. Schva quieſcit, ſi illud in medio vocis aliud ſequatur, unum enim Schva alteri ab toni exilitatem inniti non poteſt, quod tamen fieri deberet, ſi prius ex il-

(a) Geneſ. cap. 32. v. 10.
(b) Eodem. v. 5.
(c) Geneſ. cap. 45. v. 5.
(g) Eodem v. 20

das Vorgehende auf das Künftige wegen des geringern Lauts sich nicht lehnen kan, welches das Wort וַיַּחְפְּרוּ (a) darthut.

Fünftens: und endlichen ist überhaupt von dem Schva zu beobachten, daß ein Schva (welches denen mit Dagesch Lene bezeichneten Buchstaben בגדכפת vorgehet) jederzeit ruhen müsse. Siehe das Wort עַבְדִּי dann so ferne es Mobile wäre, so könnten besagte Buchstaben das Dagesch nicht annehmen, wie in Erörterung desselben dargethan werden wird. Das Gegentheil äussert sich, wann sie das Dagesch Lene nicht haben, sodann wird das ihnen vorgehende Schva mobile; wie in עֲבָדֵי zu sehen ist. Was die Suffixa pronomina כֶם und כֶן betrift, in welchen das כ niemalen ein Dagesch empfängt, dennoch das vorgehende Schva, als ob es ruhete, das Ansehen hat, wie das Wort דִּבְרֵיכֶם darthut; so scheinet mir hier, daß es vor ein Schva mobile genommen werden müsse, welche meine Meinung ich in den Abschnitt von den Nomine bey den Statu constructo, und Verbindung des Nominis cum Pronomine mit genugsamen Beweisen erläutern werde.

Vier-

(a) Deuteron. cap. 1. v. 22

lis mobile foret. Exemplum hujus vide in verbo וַיַּחְפְּרוּ (a)

Quinto. Denique notandum venit, quod Schva litteras בגדכפת per Dagesch lene notatas, antestans, semper quiescat, vide vocem עַבְדִּי Si enim mobile esset; tunc litteræ בגדכפת Se Dagesch exasperari non paterentur, de quo plura infra. Contrarium evenit, si præfatæ litteræ Dagesch carent, tunc enim Schva præcedens movetur: videatur vox עֲבָדֵי. Tandem כ ex pronominibus suffixis כֶם & כֶן Dagesch semper Respuunt, ut in voce דִּבְרֵיכֶם. Hinc non immerito arguimus quod Schva ipsum כ antestant nullatenus (ut videtur) quiescens, bene vero mobile esse debeat. Cujus assertionis ratio abunde patebit, sectione de nomine § de statu constructo & nexu nominis cum pronomine.

SECTIO

(a) Deuteron. cap. I. v. 22.

Vierter Abschnitt.

Vom Dagesch.

§. I.

Vom Eigenschaft derselben und seinem Gebrauch.

Dage'ch aus den Chaldäischen Wort דְּגַשׁ welches verhärten heisset, gezogen, ist ein in Mitte des Buchstaben gesetzter Punct denselben entweder zu verdopplen, oder bloß allein zu verhärten, verdoppelt es denselben, so wird es Dagesch Forte, verhärtet es aber selben Dagesch Lene genennet.

Von dem Forti ist zu merken, daß selbem jeder Buchstaben die Gutturales, wie auch das ר ausgenommen, annehmen könne; die Gutturales dulden ihn nicht, weilen das ע und ח samt dem ר von Natur hart genug, das א und ה aber können selbes wegen ihrer besonderer Linde nicht annehmen.

Vom Dagesch Lene aber kommet zu beobachten, daß selbes bloß allein die Buchstaben בגדכפת überkommen können, wieder die Meinung verschiedener Grammaticorum, und des Kimchi selbsten, welche sich auf dieses gründen, daß weilen auch zu Zeiten in Anfang des Worts, in denen ersten Buchstaben, welche nicht von den בגדכפת seyn, oder nach einem Schva quiescens, ein dem Dagesch gleichender Punct, der für kein Dagesch Forte, sondern

SECTIO QVARTA.

De puncto Dagesch.

§ I.

De usu ejus & proprietate.

Vox illius ex linguæ chaldaicæ radice דְגַשׁ, quod indurare significat oriunda; in se Dagesch est punctum medio Litteræ impressum, ad illam vel geminandam vel solummodo exasperandam; si igitur litteram geminat Dagesch forte, si autem exasperat lene vocitatur.

Cæterum Dagesch Forte omni litteræ imprimi potest, si Gutturales & Resch excipias. Hæ enim Dagesch ideo refugiunt quod pars una illarum, sicut ע & ח & ipsum etiam ר, quæ suapte natura pronuntiationis durissimæ sunt, induratione per Dagesch facta non indigeant, altera vero quales sunt א & ה ob nativæ enuntiationis mollitiem exasperationem a Dagesch impressam perhorrescant.

De Dagesch molli notatu dignum est, quod id tantummodo litteræ בגדכפת recipiant, etsi enim Grammaticorum plurimi cum duce Kimchio docuerint Dagesch Lene aliis etiam Litteris imprimi posse, quod sen-

Lene anzusehen seye, gefunden wird, so erscheine aus solchem ganz sicher, das besagtes Dagesch Lene ausser denen Buchstaben בגדכפת auch andere Consonanten annehmen können: wie in den Wort שְׁמָר־לְךָ (a) zu sehen: denen aber zu antworten: daß wann gemeldter Punct ein Dagesch Lene wäre, so müste selber in jedem das Wort anfangenden Consonanten, oder auch nach einem Schva quiescens, wenigstens in denen mit höchster Sorgfalt gereinigten Schriften gefunden werden, welches aber wider alle Erfahrnuß streitet; da die wenige Ort, wo solches befindlich, von den Massorethen genau gezehlet worden, und ist dem berühmten Racktan, oder sogenanten Punctator (welcher die in dem Gesetz abgängige Dagesch Lenia zu ersetzen sich unterstanden) bishero keiner sowol aus denen Schreibern, als Buchdruckern in Beybehaltung seiner erdichteten Puncten nachgefolget; dannenhero derselbige wider die Verwahrloser seiner mühseligen Arbeit herbe Klagen ausgestossen. Die Müh, so sich einige Grammatici gegeben, hierüber eine Regel ausfündig zu machen ist als ein Zeitverlust sehr zu bedauren: wie nicht weniger keine Ursach finde, den aberglaubischen Traumereyen deren Rabbinen nachzuaffen.

§. II.

Von dem Amt des Dagesch Fortis.

Weilen nun, wie wir oben erwehnet, das Dagesch Forte die Würkung hat, den Buchstaben zu verdopplen

(a) Exodi am 34. cap. 11. v. allwo das Dagesch im Anfang des Worts in ל befindlich.

ſententia eorum intra illas initio vocis poſitas punctum aliquod, quod illi pro Dageſch Leni ſuſpiciunt, reperiatur, ſicut vox שְׁמָר־־לְּךָ (a) exhibet, tamen nos præfatum punctum non Dageſch, bene vero inſolitum quoddam & ignotum Maſſoretharum ſignum eſſe adſtruimus. Si enim punctum hoc Dageſch Lene foret, non ſolum in hac vel illa Littera, ſed in omnibus ſine diſcrimine, ſi Gutturales & ר excipias, & non modo initio vocis, ſed etiam poſt Schva quieſcens in libris ſaltem emendatioribus & ſumma cura recognitis reperiretur, quod tamen (ſi pauca a Maſorethis id circo notata ſimilia puncta excipias) experientia refragatur. Accedit, quod vir inter Judæos notiſſimus Nacktan ſeu punctator dictus (qui hæc in lege nunquam reperta, ſecundum ſententiam autem ſuam deſideranda puncta reſtituere nixus eſt) neminem nec ſcriptorum, nedum typographorum in ſententiam ſuam pertrahere potuerit, ut hæc in cerebro ſuo cum fungis nata puncta legis recuſioni insererent, unde factum, quod in contemptores conatus ſui tam operoſi ſat, ſuperque invectus fuerit; quare hic loci ab illius communi, ac trito grammaticorum calle deflectere non veremur, conatus vero aliorum quorundam gramaticorum, qui memorata puncta certa aliqua regula ſtringere moliti
ſunt

(a) Exod. 34. cap. 2. v. ubi Dageſch in Exordio vocis in ל viſitur.

dopplen, so wollen wir die Ursachen, wann und warum es zu setzen seye, untersuchen.

Die erste Würkung desselben zeiget sich in denen Stammwörtern, die mit einem Dupplanten versehen, in welchem, wann der Erstere aus ihnen hinweg gefallen, dessen Stelle durch das Dagesch ersetzet, und vertretten wird. Daß aber aus denen Dupplanten der Erstere, nicht der Letztere hinweg falle, ist um desto gewisser, weilen das Dagesch vorwärts, nicht aber rückwärts seine Würkung machet; besiehe die Wörter סַבֹּר von סָבַב. דַּלֹּר von דָּלַל. Das nemliche ereignet sich in denen Verbis deren Stammwörter in ה endigen, wo alsdann das im תּ Servile gesetzte Dagesch den Abgang des ת radicalis zeiget; wie das Wort כָּרַתָּ welches sonsten behörig כָּרַתְתָּ stehen müste, ausweiset.

Andertens: weiset es den Mangel des נ radicalis, welches wann es ein Præfixum, oder Suffixum bekommen soll, aus seinem Stammwort hinweg fallen muß; wo alsdann dessen Verlust durch das Dagesch mit dem andern Buchstaben, welchen es durch seine Verdopplung bewürket, ergänzet, und ersetzet wird, besiehe die Wörter אִתֵּן und נָתַתִּי von נָתַן wo bald das vordere, bald das hintere נ abgängig ist. Warum aber das נ in gesagten Fällen hinweg falle, wird in denen Verbis untersuchet werden.

Drittens: Ist es das Zeichen zweyer Characterum פִּעֵל und פֻּעַל wie auch des aus selben ent-

sprin-

ſunt, atque vanos ac irritos fuiſſe uſus declarat. Rabbinorum deliria & inſomnia penitus abominamur.

§. II.

De Dageſch forti, loco & operatione ejus.

Jam ſupra meminimus, operationem Dageſch fortis eſſe, ut literam geminet, quare hic opus fuerit loca indagare, ubi prædictam operationem ſuam exercet.

Primo quidem manifeſtat ſe Dageſch forte in radicibus, quæ ſecundam Radicalem geminant, ſi enim, ut fieri aſſolet, geminatarum prima eliditur, defectum ejus Dageſch forte indicat & ſupplet. Quod vero primam ex geminatis non vero ultimam elidi adſtruamus, cauſa eſt æque ipſum Dageſch, quod operationem ſuam perpetuo ante, nunquam vero poſt ſe exercet, vide exempla סַבּוֹ a סָבַב · דַּלּוֹ a דָּלַל ; idem evenit verbis, quæ in ת deſinunt, hæc enim amittunt ת radicale, cujus defectum æque Dageſch, quod ת ſervili inſeritur, ſupplet. Vide verbum כָּרַתָּ quod alias כָּרַתְתָּ legendum foret.

Secundo. Docet defectum נ radicalis, id enim æque eliditur, ſi radici præfixum vel ſuffixum accreſcat, tunc ergo non tantum literam, cui inhæret, duplicat, ſed

springenden הִתְפַּעֵל von welchem weitläuffiger in denen Verbis gehandlet werden wird.

Viertens: Ersetzet selbes in denen Verbis, deren prima Radicalis ד und ט ist das ת characteris in הִתְפַּעֵל wie es die Wörter יִדַּכְּאוּ (a) und יִטַּמָּא (b) darthun.

Fünftens: Unterscheidet es das ה Antonomasticum oder Notitiæ, und Vocativum, von dem ה Interrogationis und Admirationis; besiehe die Exempel הַשָּׁמַיִם. (c) הַדּוֹר. (d) Die Ursach dessen wird sich in Abhandlung von denen Adverbiis zeigen.

Sechstens: Weiset selbes das ו Convertens aus dem Futuro, in das Præteritum Imperfectum, wo das Dagesch in dem nachgesetzten Buchstaben vorkommet, als im Wort וַיֹּאמֶר; doch finden wir selbes in gedachtem Fall nicht allezeit, sondern es ist in vielen Stellen der Schrift ausgelassen.

Schließlichen: Ist von dem Dagesch Forte noch zu merken, daß dessen Mangel in denen Gutturalibus und dem ר, welche es nicht überkommen können, durch einen grossen Vocal, in welchem der vorgehende kleine sich verkehret, ersetzet werde. Denn damalen wird das Patach zum Kametz, Chirick parvum zum Tzere, das Kibutz aber zum Cholem. Nachstehende Exempel werden solches darthun. בֵּרֵךְ für

(a) Job am 5. cap. 4. v.
(b) Levit. 21. cap. v. 5.
(c) Genes. cap. 1. v. 1.
(d) Jerem. cap. 2. v. 30.

& defectum נ radicalis redintegrat, ut in אֶתֵּן & נָתַתִּי a נָתַן videre est, in quibus jam primum jam secundum נ deficit; Rationem elidendi נ quære suo loco.

Tertio. Dagesch forte signum & indicium est duorum characterum פִּעֵל & פֻּעַל sicut & הִתְפַּעֵל quod ex פִּעֵל formatur.

Quarto. Supplet vices ipsius ת characteristici in הִתְפַּעֵל in illis nimirum radicibus, quæ a ד & ט incipiunt v. g. יִדַּבְּאוּ (a) יִטַּמָּא (b)

Quinto. Distinguit ה antonomasticum & vocativum, ab ה interrogationis & admirationis, ut in הַשָּׁמַיִם (c) הַדּוֹר (d) apparet; vide infra de adverbiis.

Sexto indigitat ו conversivum de futuro in præteritum, ut in voce וַיֹּאמֶר; multa tamen loca Scripturæ offendes, ubi illud hac in circumstantia desideratur.

Nota demum, quod defectus Dagesch fortis, in gutturalibus & Littera ר (quæ ut supra diximus, se illo signari non patiuntur) per magnam vocalem, in quam parva degenerat, resarciatur: Tum enim Patach in Kametz, Chirick parvum in Tzere, Kibuts vero in Cholem desciscit. Vide horum

(a) Job. 5. cap. v. 4.
(b) Levit. 21. cap. v. 3.
(c) Genes. cap. 2. v. 1.
(d) Jerem. cap. 2. v. 30.

für בֵּרַךְ · בֵּרֵךְ für מְבֹרָךְ · בֵּרַךְ für מְבָרֵךְ, in welchen Worten in dem ר ein Dagesch zusetzen wäre, um den Character פִּעֵל anzudeuten.

§ III.

Von der Würkung des Dagesch Lenis.

Solche zeiget sich in Verhärtung deren Buchstaben בגדכפת; dann machet einer derselben den Anfang des Worts, so wird solcher, wann kein besonderer Zufall (von welchem wir gleich reden werden) dieses verhindert, jederzeit mit selbem bemerket.

Dieses geschiehet auch, so oft denen Buchstaben בגדכפת ein Schva quiescens vorgegangen, dann, indeme das Schva quiescens seine Sylben von der andern absöndert, so begehret auch der ihm folgende Buchstaben aus בגדכפת mit dem Dagesch Lene verhärtet zu werden; als wann er den Anfang eines ganzen Worts gemacht hätte; Beeder Ursach ist, daß der Anfang so wohl des Worts als der Sylben einen hart ausgedruckten Consonanten, welchen das בגדכפת ohne Dagesch nicht hat, verlanget, welches sich auf der Massorethen allbekanten Spruch gründet, der also lautet: כָּל יְהוּא דְסָמִיךְ לְבֶגֶד כֶּפֶת רָפִי: jeder Buchstab deren בגדכפת, welchem einer der Buchstaben אהוי vorgehet, ist weich auszusprechen; woraus zu schliessen, daß ein Zufall die sonst gewöhnliche Härte gemelter Buchstaben hier verhindere: und obschon dieser Satz der gesamten Schaar der Grammaticorum entgegen zu stehen scheinet, welche in verschiede-

exempla in בֵּרֵךְ pro בָּרֵךְ. בֵּרֵךְ pro בִּרֵךְ מְבֹרָךְ pro מְבֹרָךְ; ubi alias intra ר præfatarum vocum Dageſch ponendum foret, ad Characterem פִּעֵל denotandum.

§. III.
De Dageſch lenis operatione.

Ea conſiſtit in exaſperatione literarum בגדכפת, ſi enim una ex prædictis ſex conſonantibus vocem ordiatur, tunc ei perpetuo punctum Dageſch lene imprimitur, niſi accidens quoddam de quo mox, hoc ipſum impediat. Id ipſum præfatis literis evenit, ſi illas Schva aliquod quieſcens anteceſſit; cum enim Schva quieſcens ſyllabam ſuam a præcedenti ſegregarit, ſequens בגד כפת littera per Dageſch indurari affectat eo modo, quaſi initium vocis ejusdem fuiſſet. Cujus utrinque ratio eſt, quod vocum juxta ac ſyllabarum initium ſemper duriorem pronuntiationem, quam בגדכפת dempto Dageſch non habent, requirant: quod decantato Maſſoretharum proverbio inſiſtit, quo dicitur כָּל יהוא דְסָמִיךְ לִבְגַד כְּפַת רָפֵי id eſt, omne בגדכפת adnexum litteris אהוי molleſcit, ex quo eruitur, quod accidens quoddam ſolitam alias duritiem memoratarum literarum hic loci impediat. Etſi autem hæc ſententia noſtra a grammaticorum ſchola aliena eſſe videatur, qui hanc

schiedenen Fällen diese Regel nicht Stand zu halten behauptet, so wollen wir doch ihre Richtigkeit an gehörigen Ort darthun, allwo wir durch einen einzigen Satz alle derselben bishero vielfältig gehabte Ausnahmen und Schwürigkeiten mit einmal heben werden.

Dieses ist unstrittig, daß sofern sich daß denen Buchstaben בגדכפת vorgehende Wort mit einem aus denen Buchstaben אהוי (da er ruhend ist) endiget, so können die das darauf folgende Wort anfangende Buchstaben בגדכפת nach Zeugnis obangeführten Massorethischen Spruchs kein Dagesch Lene empfangen. als in בעיני פרעה(a) לקחו בידם.(b)

Das nemliche geschiehet bey Vorhergehung eines jeden grossen Vocals, obschon die gesagten Buchstaben אהוי nicht offentlich stehen, sondern nur heimlich verstanden werden: um so vielmehr äussert sich solches in Mitte des Worts, daß, so fern dem בגדכפת ein grosser Vocal vorgestanden, sich selbe niemalen das Dagesch Lene eindrucken lassen, dessen allen die Ursach ist, weilen die ruhende Buchstaben אהוי wie auch der grosse Vocal wegen Ausdehnung sich an die nachfolgende Sylben oder Wort anlehnet, und so zu sagen, den Anfang der kommenden Sylben machet, das selbe eine von der andern weder zu zertheilen noch abzuschneiden ist, sondern gleich nacheinander ausgesprochen zu werden verlangen, folglich, weilen kein Anfang der Sylben vorhanden, auch kein Da-

(a) Genes. 43. v. 15.
(b) Eod. 45. v. 16.

hanc Regulam noſtram in variis circumſtantiis mendoſam & erroneam eſſe pridem declararunt, tamen veritas ejus manifeſtius inclareſcet, ubi poſito generali quodam fundamento, aliorum multas in vanum adſcitas exceptiones & difficultates expediemus.

Interea certum eſt, quod ſi literæ אהוי vocem, cujus initium una ex literis בגדכפת conſtituit, præcedant, tum præfatis literis Dageſch lene imprimi non poteſt ut in לִקְחַ֖ת בְּיָדָֽם (a) בְּעֵינֵ֣י פַרְעֹ֔ה (b) videre eſt. Id ipſum evenit, ſi magna vocalis conſonantes בגד כפת anteſtet, etſi enim אהוי expreſſe non extent, nihilo ſecius occulte tamen ſubaudiuntur, quare etiam ejusdem operationis ſunt. Si autem in medio vocis poſitas literas בגדכפת magna Vocalis præceſſit, tum æque memoratum Dageſch lene refugiunt. Quorum omnium ratio eſt, quod tam magna vocalis, quam literæ etiam אהוי propter exactam enuntiationem ſuam nec verbum a verbo, nec ſyllabam a ſyllaba ſegregent, bene vero requirant, ut vox poſt vocem, ſyllaba vero poſt ſyllabam, ractu continuo, & minime intercepto pronuncientur. Verum tamen eſt, quatuor circumſtantias præſenti Regulæ contrariari, in quibus literæ בגדכפת non tantum poſt literas אהוי, verum etiam poſt magnam quamlibet vocalem Dageſch forte non reſpiciunt.

(a) Geneſ. 43. v. 15. (b) Eod. 45. v. 16.

Dagesch Platz findet. Doch äussern sich vier verschiedene Zufälle, welche gegenwärtiger Regel zuwider lauffen, allwo die Buchstaben בגדכפת so wohl nach dem אהוי, als auch denen grossen Vocalen das Dagesch Lene annehmen; es gründet sich solches auf den Massorethischen Spruch, von welchem oben schon einige Meldung geschehen כל יהוא דסמיך לבגד כפת רפי בר ממפיק מפסיק דחיק ואתי מרחיק. Es geschiehet demnach solches.

Erstlich: wann die Buchstaben אהוי wie oben gesagt, ihren Laut haben, wegen solcher vorgehenden Vocalen, welche selbige nicht ruhen lassen, als wann Gleichnußweise dem Jod ein Kametz Patach, Cholem oder Schurek vorgegangen, z. e. אֵלַי תָּבוֹא (a). So bekommen auch die Buchstaben בגדכפת ihr Dagesch Lene, wann sie einem mit dem Mappick versehenen הּ nachfolgen, indeme dazumal das ה nicht quiescens ist, sondern durch erst bemeldtes Mappick seinen Laut uberkommen hat; zum Exempel: בְּצִדָּהּ תָּשִׂים. (b)

Zum anderten nehmen die Buchstaben בגדכפת nach denen אהוי das Dagesch Lene an, wann das in die אהוי sich endende Wort entweder durch das Mappick oder aber einen andern aus denen abschneidenden Accenten von dem mit den בגדכפת sich anfangenden neuen Wort abgesondert wird z. e. (c) עָשׂוּ ׀ כָּלָה. (d) בּוֹא בְּרוּךְ יְהוָה den Unterscheid deren zu-

(a) Genes. 30. cap. 16. v.
(b) Genes. 6. cap. 16. v.
(c) Genes. 18. cap. 21. v.
(d) Eodem 24. cap. 31. v.

Innititur id Maſſoretharum ſententiæ, cujus ſupra ſuperficialiter meminimus, כל יהוא דסמיך לבגד כפת רפי בר ממפיק מפסיק דחיק ואתי מרחיק Igitur id evenit.

Primo: Si literæ אהוי, ut ſupra innuimus, ob antecedentes ſimiles vocales, quæ illas quieſcere non patiuntur, ſonum ſuum haben, ut ſi exempli cauſa ipſum Jod, Kametz, Patach, Cholem, vel Schureck anteceſſit v. g. אֵלַי תָּבוֹא (a); tunc enim litteræ בגדכפת Dageſch non reſpuunt. Similiter præfatæ literæ Dageſch notantur, ſi eas הּ cum mappick ſignatum anteceſſit, cum hoc in caſu ה non quieſcat, ſed per impreſſum ſibi Mappik ſonum ſuum nanciſcatur. Exempli gratia בְּצַדָהּ תָּשִׂים. (b)

Secundo litteræ בגדכפת poſt אהוי poſitæ Dageſch amplecti poſſunt, ſi voces, quarum una in literas אהוי terminatur, altera vero ex בגדכפת incipit, vel per Mappick vel alium ſejungentem accentum a ſe diſcriminentur. v. g. עָשׂוּ כָּלָה (c) בּוֹא בְּרוּךְ יְהוָה (d) Diſtinctio autem ſejungentium & connectentium accentuum ſuo loco elucidabitur.

 Ter-

(a) Geneſ. 30. cap. 16. v.
(b) Geneſ. 6. cap. 16. v.
(c) Geneſ. 18. cap. 21. v.
(d) Eod. 24. cap. 31. v.

zusammhängenden und abschneidenden Accenten werden wir an seinem Ort erklären.

Zum dritten: So fern zwey gleiche Buchstaben aus dem בגדכפת das dem אהוי nachstehende Wort anfangen, und der erste aus ihnen das Schva führet, so überkommet er ebenfals ein Dagesch Lene, wie es folgende Exempel ausweisen: קְטַנָּה כְּכַף אִישׁ (a) הֲלֹא כְּכַרְכְּמִישׁ. (b) Die Ursach dessen ist, daß weilen der andere aus ihnen in dem er nach dem Schva mobile folget, weich seyn muß, so ist nothwendig in solchem Fall, den Ersten durch das Dagesch lene zu verhärten, indeme sonsten einer mit dem andern verschlucket werden müste; wo doch jeder Consonans füglich in das Gehör gebracht zu werden verlanget. Es kommet hierinfals zu merken, daß diese Regel nur im Anfang, nicht aber in Mitte des Worts vor genehm gehalten werden könne, indeme in Mitte des Worts der vorhergehende Vocal der Verschluckung einigen Innhalt verursachet; dessenthalben auch beystehende Wort ohne Dagesch in der Bibel angeführet werden z.E. וּדְדָן (c) וּבְבֵית (d)

Eben dieses ereignet sich, wann der erste Buchstaben ein ב der ihm folgende aber מ oder פ ist, dann wurde in solchen Fall das ב durch das Dagesch nicht verhärtet, so durfte selber im Ausspruch vor ein ו angesehen werden; gleichwie aber das ו im Anfang vor dem Labial Buchstaben stat des Schva

das

(a) Reg. I. 18. 24.
(b) Isa. 10. v. 9.
(c) Genes 10. v. 7.
(d) Exodi I. v. 5.

Tertio. Si duæ litteræ tono æquales ex בגדכפת verbum post litteras אהוי sequens ordiantur, prima autem ex illis Schva signetur, tunc ea æque Dagesch lene recipiet. ut subsequ s exemplis clarum fit: קְטַנָּה כְּכַף אִישׁ (a) הֲלֹא כְּכַרְכְּמִישׁ (b). Cujus ratio est, quod, quia altera ex illis, cum post Schva mobile sequitur, mollescere debet, prior ex præfatis suo Dagesch privari nequit; secus una cum altera absorbenda foret, quod contra naturam consonantum militat, quarum singulæ rite audiri postulant. Notandum hoc loco venit, hanc regulam in principio tantummodo, non in medio vocis ratam esse; cum in medio vocis antecedens vocalis absorbitionem quodammodo impediat; unde, quæ sequuntur verba in sacris bibliis sine Dagesch inveniuntur. וּדְדָן (c). וּבְבֵית (d)

Id ipsum usuvenit, si prima littera ב sequens vero מ vel פ sit; nisi enim hoc in casu ב per Dagesch exasperaretur, tunc in pronunciatione tonum cujusdam ו referret, & pro illo haberi posset. Sicut autem ו in vocis principio ante litteras labiales Schureck loco Schva recipere debet, sic & hoc

(a) Reg. 1. 18. 24,
(b) Isa. 10. v. 9.
(c) Genes. 10. v. 7.
(d) Exod. 7. v. 25.

das Schureck annehmen muß, so kan ich auch hier das ב, weilen es mit dem einen gleichen Ausspruch hätte, ohne Dagesch nicht stehen lassen, oder man müste ihm das Schva benehmen; wie sich solches in beystehenden Exempeln äussert: הָיָה בְּמִצְרַיִם (a) כִּי בְּמַקְלִי (b)

Es werden in gegenwärtiger Regel nicht begriffen die Wörter, welche das Makeph, so ein zwey Wörter vereinigender Strich ist, zusammen hänget; dann weilen beede Wörter im Ausspruch und Zusammenhang für eines anzusehen, so werden selbe wegen obangeführter Ursach auch in dieser Regel nicht enthalten. Dessen Warheit zeiget sich in denen Wörtern לֹא־תְתַעֵב (c)

Zum vierten nimt בגדכפת in zweyen sich folgenden Wörtern das Dagesch an, wann es dem am Ende des Worts nach dem Patach, Kametz und Segol stehenden ה (welches sich mit dem folgenden בגדכפת durch das zwischen kommende Makeph verbunden) also gleich nachgehet. Dann weilen, wie wir allererst erwehnet, das Makeph zwey Wörter den Ausspruch nach zu einen macht, das ה aber in Mitte des Worts niemals ruhen kan, und gleichsam, als hätte es ein Schva quiescens unter sich, anzusehen ist, so muß auch der ihme aus den בגדכפת folgende Buchstaben sein Dagesch empfangen, dessen Warheit wird aus beykommenden Schriftstellen erwie-

(a) Genes. cap. 32. v. 11.
(b) Exodi cap. 1. v. 5.
(c) Deut. cap. 22. v. 8.

& hoc loco ב quia cum ו æqualis pronunciationis eſſet, ſuo Dageſch deſtitui non poteſt, vel Schva ipſi adimendum eſſet, ut adjunctis exemplis accidit. הָיָה (a) בִּי בְּמַקְלִי בְּמִצְרַיִם (b)

Verum ſub hac regula non comprehenduntur voces, quas Makeph, quod linea duarum vocum connexiva eſt, adunat. Cum enim voces per Makeph colligatæ vi vinculi & pronunciationis ſuæ per modum unius conſiderandæ veniant; ob ſupra acceptam rationem ſub præfata regula non comprehenduntur, cujus exemplum exhibent verba לֹא־תְתַעֵב (c)

Quarto denique litteræ בגדכפת in duabus ſibi ſuccedentibus vocibus Dageſch lene tolerant, ſi poſt ה, quod Kametz, Patach, aut Segol præcedit, quodque cum ſequenti בגד כפת intermedio Makeph junctum ſit, ſequatur. Cum enim, quod nunc innuimus, linea Makeph duas, quas nectit voces pronunciationis unius efficiat, ה vero in medio vocis nunquam quietem nanciſci poſſit, & conſectario, quaſi Schva quieſcente ſignatum eſſet, conſiderandum veniat, ea de cauſa littera ex בגדכפת ſequens per Dageſch notanda venit. Cujus veri-

(a) Geneſ. c. 32. v. 11.
(b) Exodi c. 1. v. 5.
(c) Deut. c. 22. v. 8.

wiesen שְׁבָה־פֹּה (a) וְעָנְתָה־בִּי (b) מַה־פָּרַצְתָּ (c) מַה־בֶּצַע (d) וּמִשְׁנֶה־כֶסֶף (e) תְּכַסֶּה־בָּהּ (f)

Uberhaupt ist annoch zu merken, daß die Buchstaben בגדכפת, so oft ihnen ein Schva mobile vorgegangen, niemalen ein Dagesch Lene entpfangen können. Dann weilen der Anfang der Sylben durch das Schva mobile schon geschehen, so hat man auch kein Dagesch Lene, dessen Thun die Sylben anzufangen ist, allhier mehr nöthig.

§. IV.

Wie die Dagesch von einander zu unterscheiden.

So sich in dem Consonanten, der nach einem kleinen Vocal mit oder ohne Accent folget, das Dagesch weiset, so ist zu schliessen, das selbes nicht Lene sondern Forte seye; ein gleiches füget sich auch nach einen grossen Vocal, welcher einen Accent mit sich führt; dann auch nach selben findet das Dagesch Forte seinen Platz. Beyder Ursach ist, das weilen ein kleiner Vocal nur den halben Laut hat, so muß das von Dagesch Forte gemachte folgende Schva quiescens den übrigen Ton der Sylben ergänzen.

Hin-

(a) Ruth. 4. v. 1.
(b) Genes. 30. v. 30.
(c) Exod. 38. v. 29.
(d) Exod. 37. v. 26.
(e) Exod. 43. v. 15.
(f) Deut. 22. v. 13.

veritas ex annexis Scripturæ locis innotescit. שְׁבָה־פֹּה (a) וְעָנְתָה־בִּי (b) מַה־פָּרַצְתָּ (c) מַה־בֶּצַע (d) וּמִשְׁנֶה־כֶּסֶף (e) תְּכַסֶּה־בָּהּ (f)

Summariter notandum, quod בגדכפת Schva mobili præcedente omni tempore Dagesch lene respuant; cum enim initium syllabæ per Schva mobile jam factum sit, usus Dagesch lenis cessat, cujus natura est syllabam ordiri.

§. IV.

De discrimine utriusque Dagesch.

Quotiescunque in consonante, quæ parvam vocalem cum, vel sine accentu sequitur, Dagesch se manifestat illud forte non lene existimabis, id ipsum evenit post magnam vocalem, quam accentus comitatur, quia æque post illam Dagesch forte suum locum obtinet. Cujus utriusque causa est, quod quia parva vocalis semitonum solummodo efficit, residuum toni, & syllabæ integritas beneficio Schva quiescentis, quod a Dagesch forti causatur, compleri debet

(a) Ruth. 4. v. 1.
(b) Genes. 30. v. 33.
(c) Eod. 31. v. 29.
(d) Eod. 37. v. 26.
(e) Eod. 43. v. 15.
(f) Deut. 22. v. 12.

Hingegen, da, es seye bey einem grossen, oder kleinen Vocal, der Accent (welches seine Natur erfordert) anderthalb Sylben bewürket, gleicher Ursachen wegen nimmt der nachfolgende Consonant ein Dagesch forte an, damit das Schva, welches das Dagesch gebähret, mit den vorhergehenden anderthalben zwey ganze Sylben ausmache.

Aus welchem allen endlichen geschlossen wird, daß wann dem vorhergehenden kleinen Vocal kein Schva quiescens, welches dessen Laut ergänze, nachgehet, dessen Gebrechen ein Dagesch forte in dem nächststehenden Consonante ersetzen müsse. Dannenhero, weilen das Dagesch forte mit dem Schva quiescente wegen der Gleichförmlichkeit die nemliche Reguln zu beobachten hat, kan es sich niemalen äussern, daß ein Dagesch forte nach einem grossen Vocal ohne Accent (es seye dann, daß selber statt eines kleinen Vocal stehe, welches in dem Charactere Pual abgehandelt werden solle) oder nach einem Schva, es seye selbes mobile oder quiescens, Platz nehme. Im Fall nun sich ein Dagesch nach einem Schva finden lässet, ist selbes vor ein Lene gewislich anzusehen, dessen Natur erheischt, nach dem Schva quiescente alleinig gesetzt zu werden.

§. VI.

Von dem Punct Mappik.

Weilen dieses in Betrachtung der Figur von dem Dagesch nicht entschieden wird, schiene es uns billig, alhier dasselbe abzuhandeln. Es holet seine Benennung מַפִּיק id est **hervorbringend**, aus dem

Chal-

debet; quoniam autem ſeu magna ſeu parva vocalis ſemper ſemialterum tonum efficit (id enim indoles & natura accentuum poſtulat) pari de cauſa ſequens conſonans Dageſch forte ſuſcipit; ut Schva quieſcens, quod Dageſch forte operatur, cum præcedentibus tonum geminum efficiat.

Ex quibus omnibus concluditur, quod ſi præcedentem parvam vocalem nullum Schva quieſcens, quod tonum ejus integrum reddat, ſubſequatur, defectum illius Dageſch forte in proxima conſonante ſupplere debeat. Cum igitur Dageſch forte ob proportionem cum Schva quieſcente easdem fere regulas habeant, fieri nequit, ut Dageſch forte poſt magnam vocalem ſine accentu (niſi hic locum minoris vocalis ſuppleat, de quo fuſe in paradigmate Püal) vel poſt Schva mobile ſeu quieſcens ponatur. Unde ſi poſt Schva Dageſch quoddam ſe offerat, illud lene non forte exiſtimabis; hæc enim Dageſch lenis eſt conditio, ut nonniſi Schva quieſcens ſubſequatur.

§. V.

De Puncto Mappick.

Cum hoc, ſi figuram ſpectes, a Dageſch non diſcernatur, ob occaſionis opportunitatem hic loci de illo tractare æquum cenſuimus.

Chaldäischen radice נפק, welches ausgehen, oder ausziehen heisset. Dessen Stelle ist in dem einigen ה nur zwar am Ende des Worts; wiewohlen es einige auch dem Jod zulegen, welches wir aber, weil man keine Spur einiges Nutzens wahrnimmet, übergehen. Das Amt desselben ist, daß es in denen Nominibus das Pronomen fæmininum der dritten Person des Singularis bedeute, zum Exemp. ספרה **ihr Buch**; dann, indeme das ה am Ausgang des Worts ohnehin das Anzeigen Generis fæminini ist, war es erforderlich, dazumahlen, wann es zum Zeichen fæminini personæ angenommen wird, zum Unterschied von dem fæminino Substantivi mit dem Mappick bezeichnet zu werden. In denen Verbis schaffet es den Nutzen, daß, so es am Ende des Worts in dem ה angetroffen wird, es den Accusativum fæmininum tertiæ personæ Singularis Numeri darweise. z. E. פקדה **er hat sie heimgesucht.** Obgleich annoch in andern Fällen das Mappick im ה offenbar wird; Jedennoch da es dazumahlen nichts besonderes würket, ist es unnöthig hier davon länger abzuhandlen. Es mag derjenige, so etwas mehreres zu wissen verlanget, sich dessen bey denen Conjugationibus verborum ultimæ radicalis ה erhohlen.

suimus. Nomen suum מַפִּיק id est proferens ex Chaldæa radice נְפַק quod *egredi* aut *extrahere* significat, depromsit. In ה tantum, idque sub finem vocis, locum obtinet; quamvis a quibusdam etiam litteræ י adjiciatur, cum tamen nec vestigium ullius utilitatis inde sit eruendum, illi neutiquam immorandum censuimus. Officium illius est, ut in nominibus pronomen fæmininum tertiæ personæ singularis numeri indicet: ut si dicas סִפְרָהּ *liber illius* puta *fæminæ*. Nam quia cæteroquin ה in termino vocis signum est, quod nomen generis fæminini sit, ideo præfatum הּ, si ad denotandum fæmininum personæ assumitur, ad discrimen inter fæmininum substantivi puncto Mappick notari postulat. In verbis autem hoc commodi præstat, quod litteræ הּ in fine inclusum accusativum fæmininum tertiæ personæ singularis numeri demonstret v. g. פְּקָדָהּ *visitavit illam*. Etsi vero seorsim a priori casu Mappick quandoque in הּ patefiat, cum tamen tunc specialem quandam operationem non habeat, nec hujus loci erit de illo ultra filum porrigere, sed plura scire volentem abhinc ad verborum conjugationes ultimæ radicalis ה provocamus.

§. VI.

Von dem Unterschied Kametz und Kometz.

Es schiene des Werks Ordnung zu erfordern, nach beschehener Untersuchung der grossen Vocalen unmittelbar den Unterscheid derer Vocalen Kametz und Kometz zu erläutern; hingegen weilen dessen Erkantniß mit der Erkantniß des Schva sowohl, als des Dagesch und Metheg verknüpfet ist, dauchte es uns sattsamer, solches bis hieher zu versparen. Es gründet sich dannenhero deren Unterscheid auf nachfolgende Reguln.

Erstlich ist die beyden dem Kametz sowohl als Kometz eigene Figur vor ein Kometz zu halten, so oft es am Ende des Worts einem mobilen Consonanten vorgehet, ohne daß ein Accent beygerücket seye. Als sich in denen Wörtern (a) וַיָּקָם **und er ist aufgestanden**, וַיָּשָׁב **und er ist zuruckgekehret**, zeiget: aus Ursachen, weilen unter dem letztern Consonanten ein heimliches Schva verstanden wird (es kan nemlichen, wie oben berühret worden, bey denen Hebräern kein beweglicher Consonant ohne Interpunction seyn) welches aus seiner Natur am Ende die Ruhe erfordert, und selbe dennoch nach einem grossen Vocal ohne Accent nicht finden kan, muß anfolglichen diese Figur vor ein Kometz angesehen werden. Es geschiehet solches gemeiniglich in etlichen

(a) Genes. 23. v. 7.

§. VI.
De Vocalium Kametz & Kometz diſcrimine.

Etſi ſeries operis exegiſſet, ut magnarum vocalium inveſtigatione facta ex templo differentiam inter Kametz & Kometz intercedentem explanaremus; verum cum cognitio tam interpunctionis Schva, quam etiam puncti Dageſch & Metheg ad diſcernendas paullo ante dictas vocales conducat plurimum, quare hic loci de iisdem penitius agere decrevimus. Horum itaque diſcrimen ſequentibus regulis innititur.

Primo utrique communis figura partes Kometz tuebitur, quotiescunque in vocis termino conſonantem mobilem præcedit, quin adſit accentus; prout in vocibus וַיָּקָם (a) *& ſurrexit*, וַיָּשָׁב *& reverſus eſt*, patulum fit: idque ea de cauſa, quia cum ſub ultima memoratarum conſonantium Schva occultum ſubaudiatur (neque enim, quod ſupra innuimus, Hebræis conſonans mobilis ſine interpunctione unquam poni poteſt) quod in fine quietem ex natura deſiderat, neque tamen poſt magnam vocacalem ſine accentu eandem nanciſci poteſt, ideo figuram hanc nullatenus Kametz, ſed Kometz conſectaria neceſſitate autumes: id quod ferme contingit in temporibus quibus-

(a) Geneſ. 23. v. 7.

lichen temporibus verborum, so ihren Ursprung aus denen radicibus mediæ radicalis Vav quiescentis gewinnen. Dann dazumahl wird das vorhin gesetzte Cholem oder Schureck in ein Kometz Chatuph abgewechselt, weilen der Accent von der letztern Sylben nach der vorletzten zuruck gesetzet werden muß, als in denen Worten (a) וַיָּ֫רָץ und er ist gelaufen, aus dem Radice רוּץ, וַיָּ֫מָשׁ und er ist abgewichen, aus dem Radice מוּשׁ. Diesem setze bey die einsylbigten Worte, welche sonsten ein Cholem mit einem Accent mit sich führen; triffst du nemlichen bey selben die Figur (ָ) ohne Accent an, so lese ohne zu wanken es vor ein Kometz. So ist vor כֹּ֫ל כָּל ohne Accent. Beynebst in denen Verbis, welche aus einer Nothwendigkeit (die wir bey denen Accenten abzuhandeln versparen) keinen Accent annehmen, und dahero an die nächstfolgende Worte durch ein Makeph angebunden zu werden erfordern, ist oberwehnter Ursachen wegen, es vor ein Kometz anzusehen. Dessen Warheit bezeuget nebst unzahlbaren andern das einzelig mit dem Accent und einem Cholem in der letzten Sylbe ausgesetzte Wort לִשְׁבֹּ֫ר (b) welches hernachmals angehängter durch ein Makeph mit dem Kometz ohne Accent zu finden ist לִשְׁבָּר־־אֹ֫כֶל. (c)

Zwey-

(a) Genes. 24. v. 29.
(b) Genes. 41. v. 57.
(c) Eod. 42. v. 7.

Priſci de talibus parum anxii ejuscemodi voces anomalis adlegerunt: neque movebantur, copiam harum anomalarum, ſi regulares non exſuperarent, eisdem certo quantitate cederent nihil. Næ iſta ponderoſa ſatis ratio videbitur? cur non pari jure iſthas in normam regulæ adoptemus, reliquasque ceu deflectentes ſeponamus? ſi aſſerere juverit, ni & ſolidior veraciorve ratio dictorum depoſcitur.

Recentiores certo Grammatici iſthoc lapidem motum iri diffitebantur. Aliunde igitur auxilia accerſuere, & generali quaſi comitio decrevere, quod Schva ex magna vocali naſcens, quamvis quieſcere debeat omnino, id ſibi tamen hæreditario uſurpet, ut poſt ſe Dageſch lene reſpuat. Si candide fateamur, ſpecioſum hoc argumentum difficultatis ambagem declinare tantum, non enodare inventum eſſe judicamus. Etenim cum nullis aut infirmis certo talis inſiſtat, nos vero inanita verborum ſubſidia nequaquam aucupemur, eadem rimantibus quæſtio

 recur-

warum das an statt eines grossen Vocals stehende Schva zwar ruhe, und dennoch nicht, wie sonsten geschiehet, das Dagesch nach sich dulte. Einmal ist es ein von jedermann angenommener Satz, daß die Buchstaben בגדכפת nach einem ruhenden Schva ein Dagesch, ihrer angebohrnen Eigenschaft gemäs, behalten. Hierob bleiben selbe insgesamt die Antwort schuldig, und haben mit ihren so mancherley Gattungen Dagesch niemalen diesen Stein des Anstoßes von sich ablehnen können.

Um aber fernerhin klärer zu beweisen, daß die Ursach, welche man uns vorgeben, und für richtig aufdringen will, nicht hieher gezogen werden könne, so bringen wir solche Worte zum Vorschein, welche in der ersten Sylbe von selbsten ein Schva beyführen, und denen ein Præfixum aus denen וכלב angehänget worden, z. E. דומה דודי לצבי, בבכור (a). Diesfals solte das Schva, welches nach dem kleinen Chirick stehet, nach ihrem Lehrsatz ruhen, weilen es von keinem Umstand hieran gehindert wird; allein man wird in denen nachstehenden בגדכפת niemalen ein Dagesch zeigen können, welches Buxdorff in seinem Thesauro pag. 51. in denen Regeln vom Dagesch eingestehet, doch ohne ein Wort von der Ursach zu melden, kürzlich abbricht. Wie kan man darob durch obigen Satz befriediget werden? Das Schva hat hier die Würkung, kraft welchem es nach sich kein Dagesch annimmt, gewißlich nicht von einem grossen Vo.al geborget; weilen es für sich selbsten von der Natur des Worts zugegen ist.

(a) Cant. 2. v. 9.

recurrit: Eccur Schva ex magna vocali oriundum immotum fiat quidem, neque tamen pro ſolito Dageſch ſubſequum in comitem admittat? Omnium certo ſuffragiis litteris בגדכפת præeunte Schva mobili Dageſch lene nativa qualitate vindicatur. Adhucdum reſponſum ab omnibus præſtolamur. Et quamvis Dageſch totidem ſpeciebus partiantur & repartiantur, nunquam tamen hunc offenſionis lapidem a ſe divolvent.

Tranſimus porro ad convellendam cauſam, quæ nobis obtruditur, atque ad clarius evincendum, quod eadem his locis adoptari haut queat. Verba, quæ ſuapte natura Schva initiale præ ſe ferant, quibusque una ex litteris וכלב præfigitur diſcutientes, v. g. דּוֹמֶה דוֹדִי לִצְבִי, בִּבְכוֹר (a), hic loci præfatum Schva poſt parvum Chirick præfixi ſui quieſcere, ſecundum illorum quidem ſententiam deberet, cum nullo obſtaculo impediatur. Attamen litteræ בגדכפת, quæ poſt Schva illud quieſcens locatæ deprehenduntur, nunquam Dageſch quoddam recipiunt. Quod Buxdorfius in Theſauro pag. 51. in Regulis de Dageſch confitetur quidem, ſed ſuccinctus, quin cauſam annectat, filum abrumpit. Qua ratione huic ſuperiore aſſertione ſatisfaciendum? Schva non equidem qualitatem, qua ſubſequens Dageſch abdicat, magnæ vocali

(a) Cant. 2. v. 9.

Derowegen wenden sie sich zur zweyten Ausflucht, vorgebend, ein Schva mobile könne nimmermehr quiescens werden. Dieses ist ein von uns selbst angenommener richtiger Satz. Es stoßet uns aber eine neue Zwistigkeit auf, wann man dem Infinitivo Kal, קְבֹר eines aus dem בכלם zugiebet, so wird man לִקְבֹּר (a) jedesmal mit dem Dagesch, wie dann auch in den meisten unzehlbar derley Exempeln mit dem Dagesch in בגדכפת ausgesetzter finden. (*) In Durchforschung dessen wird diese oder obige Regel zu Trümmern gehen. Man sage mir, es seye dieses nicht für sich selbsten ein bewegliches Schva, sondern seye aus קָבֹר formiret worden: so streitet es wider die obige Lehre, und solte vermög des von einem grossen Vocal hergeholten Ursprungs nach sich kein Dagesch leyden. Wo hingegen es ein für sich gewesenes mobile wäre, wie konte es zufolge erst angeregten Schlusses quiescens werden? wuste also in diesem kein bequemes Zwischenmittel zu treffen, ohne daß man vielleicht vorgeben müste, es seye das Schva deme ungeacht, daß es sein Dagesch nach sich führe, mobile; wem aber wird wohl derley ungereimter Ausschweif angesonnen werden können?

Nachdeme nun alle diese Bemühungen so irrig als fruchtlos abgeloffen, als wollen wir hierüber unser

(a) Genes. 23. v. 3.
(*) Doch ist hierunter ein Unterscheid, und hat das ל mehr als die übrigen das Dagesch nach sich, dessen Grund in denen Verbis wird erörtert werden.

cali debet, cum suapte natura originario voci adsuerit.

Unde proximam tabulam arripiunt, & pro indubitato adstruunt, quod Schva mobile nullimode quiescens reddi possit. Stamus nos pro isthac illorum sententia. Interim iteratum offendiculum recurrit. Si infinitivo Kal קְבֹר unum ex בכלם addatur, v: g. לִקְבֹּר (a) semper Dagesch offendimus; Quemadmodum in innumeris ejuscemodi Exemplis in omnibus בגדכפת (*). Si itaque hæc sub trutinam revocentur, superior, aut isthæc certo regula labascet. Etenim seu dicatur non esse Schva natura sua mobile, sed ex קְבֹר formatum, superiorem impugnat, nec valeret ortus a magna vocali nacti gratia Dagesch suscipere; seu potius Schva suapte mobile asseritur, posteriori oberit, qui enim ex mobili in quiescens conformiter illi potuit immutari. Non igitur refugium his litibus se extricandi circumspicimus, si non fortasse illo recurrunt, ut Schva, non obstante quod Dagesch adjaceat, mobile admittant. Eccui vero sani sincipitis incongruum quidquam tale obtendi poterit.

Frustratis igitur, atque inanitis omnibus nobis ista assumimus disquirenda. Quod quo

(a) Genes. 23. v. 8.

(*) Discrimen tamen quoddam interiungendum, ל enim plus reliquis Dagesch post se amat; cuius causa in verbis enucleabitur.

unsere Gutachten eröfnen; welches desto besser zu bewürken wir in die Abänderung gründlicher einsehen sollen. Es geschiehet nemlich in dem ersten Fall, wo selbige an das Pronomen angeheftet werden, folgender massen: Als in דֶּרֶךְ verändert sich das erste Segol in Patach, das zweyte in Schva, dem כ wird am Ende das Pronomen angeheftet, דַּרְכִּי und sofort חֶלְבִּי חַרְבִּי עַבְדִּי בִּגְדִי מַלְכִּי, ist also der Ursprung des Patachs aus dem Segol, anfolglich aus einem kleinen Vocal, welcher aus seiner anhaftenden Eigenschaft dem Schva die Ruhe beybringet, deme sodann das Dagesch unausbleiblich nachfolgen muß. In dem Statu constructo pluralis Numeri verfähret man entgegen ganz anders; dann weilen selber aus dem Plurali entstehet, wird aus דְּרָכִים von rückwärts nach hinweg gelegtem ם aus dem Chirick ein Tzere, das Kametz ändert sich in Schva ab, zwey Schva können, wie wir bereits oben erwehnet, im Anfang des Worts nicht stehen, so wird aus dem Schva ein Patach, (*) דַּרְכֵי, חֶלְבֵי, חַרְבוֹת, עַבְדֵי, בִּגְדֵי, מַלְכֵי; Hier stehet also das Patach an der Stelle des Schva, von welchem es die Leichtigkeit gänzlich entlehnet; und gleichwie ein Schva, so dem andern nachgehet, lauten muß, also hat das dem an Schva statt stehenden nachgehende gleichmäßig den Laut überkommen; sodann konte nach selbem freylich kein Dagesch zu stehen kommen. Auf solche Art weichen diese Wort nicht allein nicht von

(*) Die Art der Aenderung suche beym Nomine.

quo fundate fiat, mutationem superciliosius inspiciemus. Priori casu, ubi Nomini Pronomen additur, illam ita adgredimur; v. g. in דֶּרֶךְ anterius Segol transit in Patach, secundum in Schva, littera כ pronomen nectitur דַּרְכִּי, atque hoc modo חֶלְבִּי. חַרְבִּי עַבְדִּי בִּגְדִּי מַלְכִּי Origo igitur ipsius Patach ex Segol, & perinde ex vocali parva derivatur, quæ conata quidditate sequenti Schva quietem largitur, unde Dagesch nequit non adesse. Processus vero status constructi alio plane modo suscipitur, qui ex plurali numero eliciendus est. Igitur ex דְּרָכִים retrorsum abjecto ם Chirick transformatur in Tzere, Kametz desinit in Schva, duo Schevajim (ut supra diximus) vocem ordiri nequeunt, primum ergo transit in Chirick (*) חַרְבוֹת, עַבְדֵי, בִּגְדֵי, מַלְכֵי, דִּרְכֵי, חֶלְבֵי. Hic igitur ratione dispari Patach in locum Schva subornatur, a quo levitatem hæreditariam adeptus est. Quemadmodum igitur Schva, cui aliud præcurrit, vocale est, ita & hoc loco Schva ipsi Patach in locum Schva substituto subsequum, motum participavit. Nunc in promptu erit eruere, cur Dagesch ubique sit exterminatum. Hoc modo tales voces non tantum a recepta regula

(*) Rationem & normam mutationis apud Nomina præscriptam legito.

von der Hauptregel des Dagesch (wie wir es dann für ein Beweißthum der Schwachheit halten Ausnahmen anzuhäufen) sondern es wird selbe andurch vielmehr gestützet; und ist dieses unsers Erachtens ein sicheres Mittel, allen aufstossenden Unordnungen vorzubeugen.

Es zeiget sich aber eine Probe dessen besonders in denen schnurstracks entgegen stehenden Exemplen, in welchen die in statu constructo pluralis numeri stehende Wörter (wann sie die erste Sylbe und dessen Vocal nicht von dem Schva wohl aber von einem kleinen Vocal überkommen) das Dagesch lene in denen Buchstaben בגדכפת nach dem damalen ruhenden Schva überkommen, wie solches die hier angehängte schriftmäßige Stellen klärlich darthun. בִּרְכֵּי יוֹסֵף (a) von בִּרְכַּיִם, בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ (b) von פִּשְׁתִּים. Aus welchem endlichen erscheinen mag, daß diese mindern Vocalen nicht von uns ersonnen; sondern es wird jeder in die Sprach einsehender gestehen, daß sie aus dem Herz und Urquell der Sprache hergeholet, auch (unsers Urtheils) aus diesem Grund allein zur Genüge geschützet werden könten, nachdeme man unwidersprechlich zeiget, daß sie wie dem Ursprung nach, also auch der Würkung von denen übrigen kleinen Vocalen abgesondert.

Anjetzt wollen wir den Einwurf, den wir oben gemacht, zu entscheiden über uns nehmen, und die Natur des וכלב nachforschen: Selben ist von Natur

(a) Genes. 10. v. 23,
(b) Jos. 2. v. 6.

gula puncti Dagesch nullæ deviant (luculentum enim debilitatis signum usurpamus, cum exceptiones, & quod persæpe fit, exceptionum exceptiones acervantur.) Sed illa exinde fulcitur propemodum. Sicque (nostro quidem judicio) omni emergenti incongruo obviam itur.

Porro prædictorum certitudo in aliis exemplis, quæ prioribus e regione contrariantur, eo melius elucet. Voces enim in statu constructo pluralis numeri positæ (si primæ syllabæ vocalem non a Schva quodam, verum parva aliqua vocali mutuatæ sint) Dagesch lene in litteris בגדכפת post Schva, quod quiescere debet, non aspernantur: prout loca ex Scriptura desumpta id non obscure profitentur בִּרְכֵּי יוֹסֵף (a) a בִּרְכַּיִם; בְּפִשְׁתֵּי הָעֵץ (b) a פִּשְׁתִּים. Ex quibus denique fluit, quod minores hæ vocales non a nobis subornatæ; quandoquidem peritiores linguæ diffiteri nequeunt, illas ex ipsis linguæ abstrusissimis recessibus esse erutas. Neque jam his fundaminibus positis vacillare, cum abs controversia demonstratur, easdem, ut origine ita effectu difformi a reliquis vocalibus discrepare.

Superest, ut objectionem supra factam ex nostris his principiis diluere adtentemus, & in naturam וכלב inspiciamus. Quibus a

(a) Genes, 50. v. 23
(b) Josu. 2, v. 6.

tur ein Schva zugegeben, welches erhellet aus beykommenden Schriftstellen והיתה לגוים (a) במשלש חדשים (b) רע בעיני יהוה (c) und dergleichen, wann es aber denen Worten hinzugesetzt wird, welche unter denen ersten Consonanten mit einem Schva bezeichnet sind, alsdann, weilen zwey Schva im Anfang des Worts nicht geduldet werden können, wechselt das erstere, wann der erste Radicalbuchstabe des Worts kein Guttural, in Chirick um, z. E. בשפת (d) לפני יהוה (e) וימי (f) כדבר (g). welches dann abermal der Regel ganz gemäs; und stimmen wir keineswegs dem gemeinen Wahn bey, daß das Schva in diesem und derley Fällen für quiescens zu erachten, sondern halten es, aus angeführtem Grund unserer mindern Vocalen, so lang vor mobile, bis man uns dessen Ungrund erweislich darthue.

Damit wir aber der mindern Vocalen Richtigkeit noch deutlicher vor Augen legen, so dienen zu unserm Vorhaben jene Stammwörter, welche zu ihrem Anfangsbuchstaben einen Guttural haben, besonders aber jene mit einem א und ע z. E. אסף, עבד und dergleichen. Dann wann selbige ein Præfixum

(a) Genes. 17. v. 16.
(b) Eodem 38. v. 24.
(c) Eodem 38. v. 7.
(d) Exod. 26. v. 4.
(e) Exod. 28. v. 39.
(f) Ester. 9. v. 28.
(g) Levit. 10. v. 7.

natura Schva ſubjungitur, quod ex præſentibus Scripturæ locis, וְהָיְתָה לְגוֹיִם (a) כְּמִשְׁלשׁ חֳדָשִׁים (b) רַע בְּעֵינֵי יְהוָֹה (c) & pluribus ejuscemodi patet. Cum igitur verbis copulantur, quæ Schva exordiali pollent, tunc, quia duo Schva vocem initiari nequeunt, primum eorum, ni prior radicalis una gutturalium ſit, in Chirick degenerat, v. g. בִּשְׂפַת (d) לִפְנֵי יְהוָֹה (e) וִימֵי (f) כִּדְבַר (g) id quod denuo regulis ad amuſſim conforme eſt; unde ne quidquam vulgari errori aſſentimur, quaſi hiſcemodis locis Schva pro quieſcente autumnandum foret. Verum fundamento minorum vocalium innixi illud eousque mobile aſſeveramus, quoad contrarium quisquam evicerit.

Sed quo minorum vocalium veritas maniſeſtius explanetur, in rem noſtram faciunt verba radicalia, quæ pro initiali littera gutturalem habent, præſertim א & ע, e. c. אָסַף, עָבַד & id genus, quibus, dum præfixum accreſcit, non pro generali verbo-

 rum

(a) Geneſ. 17. v. 17.
(b) Eodem 38. v. 24.
(c) Eodem 38. v. 7.
(d) Exod. 26. v. 4.
(e) Exod. 28. v. 39.
(f) Eſter. 9. v. 28.
(g) Levit. 10. v. 7.

xum angenommen, so lassen sich solche unter dem erst gesagten Radicalbuchstaben nicht wie andere Wörter mit einem Schva bezeichnen; sondern erfordern unumgänglich an dessen statt ein Compositum, nemlich Chateph Segol, oder Chateph Patach; und wird folglich יֶאֱסֹף, נַעֲבֹד, an statt daß יֶאְסֹף נַעְבֹד, wie in andern verbis יִזְכֹּר נִזְכֹּר &c. stehen solte, wie in denen Verbis zu ersehen; so fern nun der Umstand, wann das Wort durch einen Nachsatz verlängert wird, erfordert, daß denen gedachten Schva compositis noch ein anders Schva nachstehen soll, so verändern sich erst berührte Chatephim jedes in seinen beystehenden Vocal, nemlich in ein Segol oder Patach, z. E. תַּעַבְדִי תֶּאֶסְפִי in futuro secunda persona fæminini generis. Die Ursach hierob ist, daß weilen aus zweyen einander folgenden Schva das letzte gewiß mobile ist; so kan das erstere aus oft gedachten Chatephim dessentwegen nicht stehen bleiben, sondern muß sich in dem Vocal, seinem Ursprung gemäß, abändern, indeme sonsten beede sich nachgehende Schva beweget werden müßten; wie nun solches eine sichere Unmöglichkeit ist, also lässet sich hierorts nicht begreifen, wie das dem kleinen Vocal nachgesetzte Schva mobile seyn könne: es seye dann, daß man abermal zu denen mindern Vocalen seine Zuflucht nehme, und behaupte, daß der mindere Vocal, so dem Schva mobili vorgehet, die Stelle des Schva vertritt, folgsam sich dessen völlige Würkung zugeeignet, so brächte er das ihm folgende Schva

ganz

rum flexione Schva, fuſcipiunt, ſed in illius locum compoſitum depoſcunt nimirum Chateph Segol aut Chateph Patach, naſciturque inde יֶאֱסֹף, נַעֲבֹד, loco יֶאְסֹף, נַעְבֹד ut in reliquis verbis יִזְכֹּר, נִזְכֹּר; de quibus fuſe in decurſu Verborum. Quod ſi contingat (quale quid non infrequens eſt, cum verbum ſuffixo augmentatur) Schva illi compoſito aliud inſuper ſubdendum eſſe, memorata Chatephim unumquodque in ſuam vocalem redeunt, in Segol nimirum aut Patach, v. g. תַּעַבְדִי, תֶּאֶסְפִי in futuri ſecunda perſona generis fæminini. Quod ideo fieri aſſolet; quoniam, cum ex duobus ſe invicem excipientibus Schvajim poſterius omni exceptione certius vocale ſit, primum Chateph ea de cauſa nequit relinqui, ſed conformiter ad originem ſuam in vocalem eſt transmutandum, ſecus enim gemina Schvajim immediate ſubſequa moverentur; quod cum obvia impoſſibilitas ſit, tum non ſuccurrit prægnans disconvenientiæ hujus tollendæ ratio, ni denuo ambabus, ut ajunt, manibus beneficium minorum vocalium amplexemur, dicentes minorem vocalem, quæ Schva anteſtat, in locum alterius Schva fuiſſe intruſam, cumque ejusdem plenam proprietatem adoptarit, Schva conſequum in motu retineat;

ganz sicher in Bewegung. Solte mann vielleicht vorschützen, daß das Schva ruhe, so fordern wir, eine Ursache, warum diese Verba von der allgemeinen Regul abweichen solten, welcher niemand das Schva mobile streitig machet; z. E. יִקְטְלִי (*).

Es streitet endlichen für uns, und wider die Grundveste der neuern Grammaticorum, daß in zweyen hinter einander stehenden gleichen Buchstaben das Schva unter dem ersten ganz sicher beweglich ist, obschon selbes hinter einem Chirick parvo, oder einem andern kleinen Vocal ohne Metheg sich befindet, z. E. צִלְלֵי von צְלָלִים, und werden dieselben uns niemalen eine zulängliche Antwort geben können, warum in erwehntem Fall ein Schva mobile nach dem kleinen Vocal statt finde, so lang man uns nicht zugestehet, daß der mindere Vocal, weilen er die Stelle eines Schva allhier vertritt, nur bloß dem Schva gleich zu erachten, und durch eine nöthige Folge sein ihme nachgehendes Schva in Bewegung bringe.

Wann man aber deme entgegen mit Kimchi (**) deme die Neulinge fast blinden Gehorsam schwören, ein-

(*) Wir werden es weitläuftig in Verbis abhandeln.

(**) Er widerspricht sich selber über das Wort לְשִׁמְמָה Ezech. 35. 7. in seinem Commentario selbsten, dann ob er in Michlol saget, es haben zwey gleiche Consonanten, deren erster ein Schva mit sich führet, nur die Würkung eines Dagesch fortis; spricht er hier, dieses habe die nemliche Formation mit שִׂמְחָה, שִׁפְחָה, und bey dem ersten Radical ein Metheg: so wolte ich einen Grund wissen, warum seiner Meinung nach das Metheg zugegen, oder wie das zugegene Chateph Patach wohl ruhen könne. Welches darum anführe, damit erhelle, daß dieses Alpha und Omega der Grammaticorum nicht aller Orten unfehlbar seye.

neat; præmature etiam objectioni occurritur, ſi quis fortaſſe Schva quieſcere inſinuet; namque rationem expediundam obtendimus, cur iſthæc verba a communi regula aliorum devient, quibus nemo Schva mobile in litem vocat, ceu יִקְטְלִי (*)

Militat tandem pro nobis, & contra ſequiorum Grammaticorum baſim, quod Schva ſub prima ex conſequentibus ſe invicem æqualibus litteris certo mobile ſit, etſi id poſt Chirick parvum aut aliam quandam parvam vocalem ſine Metheg poſitum deprehendatur, e. c. צִלְלֵי a צְלָלִים, atque adeo nunquam fundatam cauſam aſſignabunt, cur hoc in paſſu Schva mobile poſt parvam vocalem efficiatur? niſi victas manus dederint nobiſcum ſentiendo, id ideo contingere, quod parva vocalis Schva loco poſita proprietatem originariam retineat, & neceſſario conſequenti Schva motum conciliet.

Nec nobis anteſignano Kimchi (**) cui recentiores inconſulte plerumque aſſentantur,

(*) Nos iſthæc fuſius in Verbis tractabimus.

(**) Dicit Kimchi in ſuo Michlol, voces, quæ litteras geminant, quarumque prima Schvata ſit, idem valere, ac ſi Dageſch forte adeſſet; ſed enim ſuammet ſententiam ſubvertit in commentario, dum dicit vocem לִשְׁמָמָה Ezech. 35. v. 7. ejusdem formationis cum שִׂמְחָה, שִׁפְחָה eſſe, & primam radicalem Metheg habere. Velim vero diſcriminis cauſam aſſignet, quid Metheg ſibi velit? aut quomodo hic

einwenden wolte, daß das erstere Schva in zweyen gleichlautenden Buchstaben, indeme selbes ein blosses Dagesch vorstellet, ruhend seye; so vernichtet sich dieser Gegensatz nicht füglicher als durch die Schrift selbsten, die als unsere Richtschnur und Haupt-Sprachregel alhier besonders in Betrachtung gezogen zu werden verdienet; dann auf einem Ort finden wir das erwehnte צִלְלֵי (a) mit dem Chirick parvo ohne Metheg, an einem andern aber stellet sich selbes uns mit dem Pronomine und Metheg dar. צִלְלוֹ (b) Dieses merkwürdigen Unterschieds Ursach werden unsere Gegner niemalen beantworten. Wir aber bewegen uns aus unserer oben festgestellten Regel kein Haar breit, sondern sagen abermal, daß weilen in dem ersten Wort צִלְלֵי das Chirick mit dem Schva gewechselt, so hat es auch seine Würkung in Bewegung seines ihme nachgehenden Schva, und zeiget die Richtigkeit, daß das Schva unter dem ersten aus zweyen gleichen Buchstaben lauten müsse. Im letztern aber, nemlich in צִלְלוֹ, von צֶלֶל, weilen in selbem das Chirick nicht vom Schva; wohl aber vom Segol seine Weesenheit überkommen, so ware nöthig, dem Chirick das Metheg beyzusetzen, um den dem kleinen Chirick manglenden Ton zu ergänzen, damit das erste Schva unter denen gleichen sich folgenden Buchstaben bewegt bleiben könte: welches unserer Meinung nach ein solcher Beweis ist, deme von keinem vernünftigen Sprachkündigen widersprochen werden kan.

Da=

(a) Jerem. 6. v. 4.
(b) Hiob. 40. v. 22.

tur, objiciant. Schva primum in duabus æqualis toni litteris ſe comitantibus quieſcens eſſe: quod hoc in caſu ut purum Dageſch conſideretur. Huic effugio illorum obtendimus textum ipſum tanquam unicam linguæ hujus cynoſuram; unde regulas depromimus. Uno enim loco invenimus vocem צִלְלֵי (a) cum Chirik parvo ſine Metheg, alio autem ſe noſtro obtutui cum pronomine & Metheg conſpiciendum præbet, nimirum צִֽלְלוֹ (b): cujus diverſitatis rationem Ariſtarchi noſtri nullatenus aſſignabunt. Nos autem a Regula generali ſuperiore ne latum quidem unguem recedimus, ſed denuo manutenemus, quod cum in prima voce צִלְלֵי Chirick locum Schva expleat, ita & effectum ejusdem retinet in motione ſubſequentis ſui Schva, atque adeo clare evincit, quod Schva ſub prima ex litteris æqualibus mobile eſſe oporteat. In poſteriori vero nimirum in צִֽלְלוֹ a צֵלֶל orto, ubi Chirick non a Schva, verum a Segol generatur, opus fuerat illi Chirick Metheg adjungere, ut tonus, quem parva vocalis integrum non habebat, complere-

 tur,

hic adſtans Chateph Patach quieſcere, atque adeo geminata littera Dageſchatæ tantum æquivalere poſſit; quod ideo ſubjeci, ut palam fiat, hoc Grammatices Etypon vulgo & Prototypon non ubique ſibi compos eſſe & infallibile.

(a) Jerem. 6. v. 4. (b) Hiob. 40. v. 22.

Damit wir aber alles übrige, was eingewendet werden könte, mit der Wurzel heben, so zernichtet den Satz des Gegentheils das Wort, in welchem zwey Resch einander nachstehen, wie in הַרְרֵי (a), unter dessen ersterem Resch ein Schva gefunden wird, solches muß demnach in unserer und ihrer Meinung mobile seyn, nachdeme es die Stelle eines Dagesch auf keine Weise vertretten kan; dann ein Resch, nach Beyfall aller Schullehrer, wegen der ihm angebohrnen Härte niemalen das Dagesch überkommen kan: So ist also das unter dem Resch anzutreffende Schva, weilen es an statt des Dagesch, nicht genommen werden kan, ausser Zweifel mobile. Wo hingegen dem Lehrsatz unserer Gegner nach, selbes sich weder bewegen noch ruhen kan. Bewegen kan es sich nicht, weilen es dem Patach, als einem kleinen Vocal nachstehet; ruhen kan es ingleichen nicht, weilen ihme ein anders Resch alsogleich nachgehet; dahero so lang uns der Gegenstand diesen Zweifelsknopf nicht auflöset, so stehet die Gewißheit unserer mindern Vocalen fest und unbeweglich. Dann wir halten das Schva ganz gewiß für mobile, weilen es einem Patach nachstehet, welches vom Schva, oder, welches das nemliche, vom Kateph Patach aus dem Numero plurali הֲרָרִים entsprossen, folgsam, seine Eigenschaft beybehaltend, das ihme gleich nachstehende Schva in Bewegung bringen muß.

Schließ-

(a) Deut. 33. v. 15.

tur, ut perinde primum Schva ſub prima conformium litterarum ſibi ſuccedentium moveri poſſit. Quare noſtro judicio hoc genus demonſtrationis tantum eſt, ut ei a nemine linguæ perito, jure quidem contradici queat.

Ut autem omne id, quod aliunde oggeri poſſit, radicitus evellamus, ſyſtema adverſantium nobis funditus terebrabit vox, in qua duo ſibi ſuccedentia Reſch reperiuntur, ut in הַרְרֵי (a), ſub cujus anteriori Reſch Schva legitur. Hoc enim tam de noſtra quam illorum ſententia moveri oportet; cum id munio Dageſch neutiquam fungatur: Reſch enim ob nativam duritiem unanimi Grammaticorum voto ſemper hoc punctum aſpernatur. Schva igitur, quod illi ſubſtratum cernitur, cum Dageſch loco ſumi non poſſit, haud dubie judicio noſtro mobile eſſe debet. Secundum adverſariorum vero noſtrorum placita ambigue nec movebitur, ſed neque quieſcet etiam. Mobile non erit, quia parvam vocalem (puta Patach) ſequitur, minus adhuc quieſcens propter Reſch reiteratum. Quamdiu igitur pars adverſa nodum hunc Gordium ſane non extricarint, firma atque immobilis ob omni inſultu ſtabit minorum vocalium certitudo. Nos enim, prout iterato recoximus, Schva hoc loco mobile aſſerimus, quia tale Patach pediſſequum eſt, quod a Schva, vel, quod idem erat, Chateph

Pa-

(a) Deut. 33. v. 15.

Schließlichen wollen wir auch einen Beweiß von denen Accenten herleiten, und selben jedermänniglich unter die Augen legen, die diese unsere neu scheinende mindern Vocalen zu bestreiten gelüsten. Im ganzen Verlauf der Schrift solle man mir ein einig Ort darzeigen, wo man bey einem aus einem Schva herstammenden Vocalen einen Accent oder Metheg beygesetzet finde? Vielmehr kan ich das Gegentheil erwiedern, und bezeugen, daß in denen Wörtern, welche wegen nachfolgendem Accent in der erstern des zukünftigen Worts ihr מִלְּרַע zu umstoßen gezwungen werden, der Accent, welcher sodann zu einem Metheg wird, nicht bey einem aus unsern mindern gelagert werden könne, sondern vor selbem, zum Anzeigen, daß hier ein dem Schva gleich zu achtender Vocal stehe, gesetzet werden müsse, z. E. נַעַמְדָה יָּחַד (b) וְנֶאֶסְפוּ־שָׁמָּה (a) נֶעֶרְמוּ־מַיִם (c) und dergleichen, in welchen Worten sämtlich der Accent in der letzten stehen solte, wegen nachfolgenden aber, weil zwey Accente hinter einander nicht stehen können, solten sie vor das Schva kommen, da nun die mindern Vocalen darzwischen liegen, so mußte selber überhüpfet, und der Accent vor selbigen gestellet werden.

An-

(a) Exod. 15. v. 8.
(b) Genes. 29. v. v, 3.
(c) Jesai 50. v. 9.

Patach, & numero plurali הֲדָרִים progreſſum, quodque natura ejus, ex quo prognatum eſt reſervata, Schva ſuccedenti motum præſtitit.

Finaliter ſolidamen aſſerti noſtri ab accentuum diſpoſitione & ordine accerſimus, & id coram inquirendum promimus, omnibus, qui forte novandi ſtudio a nobis confictas minores vocales autumant, atque inceſſunt. Per decurſum Scripturæ velim vel unum locum indicari, ubi tali ex Schva reſurgenti minori vocali accentus aut Metheg adjectum inveniatur? nobis haud arduum erit convincere, atque demonſtrare, quod in vocibus, quibus ob accentum ſubſequum in prima ſequioris ſyllaba מִלְּרַע ſuum retrocedit, accentus, qui tum in Metheg degenerat, non vocali minori adjaceat, ſed eundem tranſiliendo haud obſcure innuat, vocalem ipſi Schva parallela affinitate æquivalentem coram adeſſe, v. g. נֶֽעֶרְמוּ־מַיִם (a) וְנֶֽאֶסְפוּ־שָׁמָּה (b) נַֽעַמְדָה יָּחַד (c) & id genus complura, quibus in vocibus accentus ubique in ultima locari expetit, propter ſequentem vero, quum duo accentus ſibi immediate jungi nequeant, ante Schva adaptandi forent; interventu tamen minorum vocalium arcentur, ſicque ante eandem ſiſti obtinuerunt.

Sol-

(a) Exod. 15. v. 8. (b) Gen. 29. v. 3. (c) Iſa. 50. v. 9.

Anjetzo kommen wir auf die von uns verheißene Metheg Regel. Vor jedem Schva mobili, oder einen mindern Vocalen hat man ein Metheg sicherlich zu stellen. Wann aber ein Schva, welches einem solchen mindern Vocalen nachgehet, wegen eines Zufalls, als durch Gutturalen geschiehet, ruhen muß, so ist durch das Metheg, welches man den mindern Vocalen beysetzet, demselben die Ruhe zuwege zu bringen; dieses geschiehet in אהיה, תחיה, von אהי, תחי, (*).

Die Ursach hierüber ist, daß weilen ein minderer Vocal, den wir derowegen תנועה קלה, das ist, **leichte Bewegung**, benahmsen, nur in dem Aushalten einem Schva gleich zu halten, so wird durch Beylaage des Metheg demselben erst die Länge eines kleinen Vocals eigen, nachdeme das Schva ruhen muß. Längst bevor hat der Author des Buchs אור תורה die an unrichtigem Ort angebrachte Metheg als Zeugen der Unwissenheit desjenigen, deme dieses zu durchsehen oblieget, zwar spitzig, doch nicht ungereimt מתני חמרים benahmset. In obigen Hebräischen haben wir die Regel des Metheg in Vollkommenheit und Kürze verhüllet, welche ein der Sprach Grundkündiger zu seinem Vortheil zu ziehen und zu erörtern wissen wird.

Ubrigens bekümmern wir uns wenig, wann man von dem Namen einen Zwietracht regen wird; uns ist genug, daß wir den angezogenen Satz und

dessen

(*) Besiehe den Abschnitt von Verbis.

Solvimus denique desponsam regulam Metheg. Unicuique Schva mobili, aut vocali minori Metheg proponendum est. Quodsi Schva, quod talem vocalem sequitur, accidentis circumstantia, ut interventione gutturalium fit, quietem ambiat, per Metheg appositum illi quies elargienda est. ut fit in תחיה - אהיה, ab אהי, תחי (*).

Ratio asserti est, quia vocalis minor, quam ideo תנועה קלה i. e. *motio levis* intitulamus, tenore suo & quantitate ipsi Schva solummodo æquiparandus, tum addito Metheg demum parvæ vocalis valorem adipiscitur, post quam Schva quiescat necesse est. Dudum Author libri אור תורה Methagim incongruis locis annexa tanquam de inscitia illius, cui ista lustrare incubuerat, testantia מתני המרים satyrico certo non tamen rei absono titulo insignivit. Versus hebræi plene & succincte regulas Metheg usibus virorum linguæ peritorum involvunt.

Ergo concitis Logomachiæ turbis non distrahimur. Nobis sat erat, sententiam nostram, ejusque realitatem talibus argumentis fulcisse, a quibus necquicquam divelli-

(*) Inspice Sectionem de Verbis.

dessen Würklichkeit mit solchen Gründen bestättiget, von welchen zu weichen wir nicht des Vorsatzes sind, bis uns jemand des Bessern überzeuge, welches jedennoch nicht durch Vorurtheile des Ansehens geschehen wird, weilen wir niemanden als der Ueberzeugung die Feder strecken.

§. II.

Von dem Makaph und Maphsick.

Zum Beschluß deren Accenten wollen wir kürzlich beeder Abhandlung anheften. Makaph ist ein Querstrichlein, das nachstehende Wort an das vordere zu verbinden, und machet aus selbem der Aussprache nach fast eines, z. E. כָּל־עַבְדֵי (a) מִן־הַמְּנֹרָה (b). Es ist in der Sprache von keiner sonderlichen Betrachtung, bloß allein daß es sich auf den Accent des nachstehenden Worts lehnet, und stehet dazumal, wann dem vordern Wort der Accent gebricht. Was man dannenhero von einem mehrsylbigten Wort gesagt, ist ebenmäßig auf die durch Makaph vereinigte zu ziehen.

Maphsick ist ein Strichlein in Gestalt eines Keils, zweyen Worten entzwischen geleget, und kan der zusammenhangende Accent nicht hindern, daß es dennoch nicht eine (wie man es nennet) Pausam bewürke, und beede Wort durch einen Anhalt absondere,

(a) Genes. 50. v. 7.
(b) Exod. 25. 36.

vellimur. Quoad contrarium luculenter ſuerit evictum, quod authoritatis præjudicio fruſtra attentabitur ; quoniam demonſtrationibus tantum (neque alteri cuiquam) cedere aſſentirive novimus.

§. II.

De Makaph & Maphſik.

Pro Corollario Accentibus ſuccincte amborum tractationem ſubjiciemus. Makaph lineola eſt traverſa, ſequiorem pone vocem anteriori nectens, ut enuntiatione unam ferme efficiant, v. g. כָּל־עַבְדֵי (a) מִן־הַמְּנֹרָה (b). Non adeo in Eſſentiam linguæ influit, præterquam quod ſequentis vocis accentui innitatur ; atque potiſſimum ideo comparet, quando anterior vox accentu deſtituitur. Quidquid igitur de una voce plurium ſyllabarum diximus, de vocibus Makaph copulatis dictum eſto.

Maphſick linea in formam cunei duabus vocibus interjecta pauſam operatur, neque eidem accentus conjungens officit, quin aliquantulo intervallo ambas voces, quibus inter-

(a) Geneſ. 50. v. 7.
(b) Exod. 25. v. 36.

dere, z. E. וְכָל ׀ הוֹלֵךְ (a) וּבִמְלֹאת ׀ יְמֵי (b); Dahero haben wir längst oben angemerket, daß das ihme nachstehende בגדכפת seiner Natur gemäß das Dagesch lene beybehalte.

§. III.

Von vollkommener Art zu lesen.

Nachdeme wir, so viel es der Raum und Kürze einer Grammatick gestattet, die meisten Regeln beweißlich angezogen, erachten wir dasjenige erreichet zu haben, was die Pflicht unsers Versprechens von uns erheischen kan, und wird demjenigen, welcher andere zu leiten unternimmet, obliegen, dem begierigen Lehrlinge mündlich Genüge zu leisten. Solte unser Gutachten hierob bey jemanden Statt finden, so wollen wir nach einer durch 45. Jahr erreichten Einsicht jedweden treu vermeinend warnen, sich in dieses so fremd als weitläuftige Werk nicht ohne geübten Meister einzulassen, welcher anders sich einigen Nutzen durch seine Mühe zu erringen trachtet; doch um nach Möglichkeit auch in der Lesart denen Anfängern die Hand zu bieten, solle nicht untauglich seyn, folgendes zu beobachten.

Erstlich ist bey den Hebräern der Vocal allezeit nach dem Consonanten auszusprechen; z. E. יַעֲקֹב *Jaacob*, das Jod vor dem Patach, und fortan, ohne das Patach furtivum, gemäß obiger Regel.

Wor-

(a) Levit. 11. v. 42.
(b) Eodem 12. v. 6.

interjicitur, disjungat, v. g. וְכֹל י הֹולֵךְ (a) וּבִמְלֹאת י יְמֵי unde, ut jam ſuperius ſtatuimus, ſubſequum illi בגדכפת ſuum ſibi debitum Dageſch lene reſervat.

§. III.
De exactiori legendi Methodo.

Poſteaquam, quantum per brevitatem Grammaticam, anguſtosve ejusdem limites licuit, plurimas ſi non omnes regulas fuſe pertractavimus. Suſceptam provinciam pro virili tuitos nos fuiſſe non diffitemur. Cæterum iisdem, qui alios informandos ſuſcipiunt, incumbet, hæſitanti diſcipulo oretenus ſcrupulos (quod ajunt) omnes evellere. Quod ſi quadraginta quinque annorum experientia fidem nobis conciliare apta eſt, candide quemlibet dehortamur, ne ſe peregrinis, & inviis linguæ hujus receſſibus peritioris magiſtri moderamine deſtitutus auſit committere, ſi non omnibus utut operoſiſſimis conatibus eluſis improbo ſuo labore fraudari, & oleum (ut dicunt) & operam perdere velit. Verum ut ne quidquam intentatum relinquamus, quod Canditatis quoquo modo primos linguæ hujus aditus magis pervios redderet, ſummariam paucula juverit ſubjunxiſſe.

(a) Levit. 11. v. 42.
(b) Eodem 12. v. 6.

Woraus zu schließen, daß allezeit in denen Worten, welche nach der Occidentalischen Mundart scheinen vom Vocal anzufangen, ein Consonant zugegen seye, von dem der Vocal die Aspiration herholet, z. E. אֱדוֹם, *Edom* von א, עֹמֶר *Omer* von ע und dergleichen.

Zweytens ist, woferne nicht die ganze Lesung verunstaltet seyn solle, hauptsächlich der Accent, sodann auch der große Vocal länger auszuhalten, das Schva, oder Chatephim sehr behende auszuschlagen, und zwischen denen Metheg und Accenten der oben angemerkte Unterscheid wohl auszudrücken.

Drittens ein ruhendes Schva also anzuhalten, daß es der nachgehenden Sylbe einen neuen Anfangsraum gestatte.

Die Dagesch nach ihrer Art, das Lene in denen בגדכפת, zum Unterscheid der undageschirten, gehörig anzuzeigen: Das Forte auf die Art, als ob ein Schva quiescens zugegen (obiger Regel gemäß) auszuhalten.

Zwischen denen Buchstaben ח und כ. ד und ת. ז, ס, und צ, wie auch dem שׁ, dem ה ohne Mappick, und dem הּ mappickato, gemäß dem aufgesetzten Alpha Beth, der gehörige Entscheid zu machen.

Schließlich auf die abschneidende Accenten, als die den Verstand der Rede entscheidende Interpunctionen also genau aufzumerken, daß man vermög derselben das Lesen angenehm, verständlich und entschei-

Primo Hebræis vocalis ſemper conſo-nanti ſecundus ſonat, v. g. יַעֲקֹב *Jaacob*, Jod prius quam Patach, & ſic de ulteriori: Patach furtivo, regulæ ſupra datæ conformiter tantum dempto. Inde deducitur, quod in vocibus, quæ Occidentalis Dialecti methodo a vocali initiari ſpeciem præ ſe ferunt, ſemper conſonans, quæ vocali aſpirationem largiatur, coram adſit, v. g. אֱדוֹם *Edom*, adeſt א, עֹמֶר *Omer*, ע aſpirationem præſtat. &c.

Secundo, ni lectio plane ſibi diſſimilis & informis reddi velit, primo loco accentus, deinde magnæ vocales prolixiori enunciatione ſuſtentandæ, Schva aut Chatephim præpropere efferenda, Metheg inter atque accentus ſuperius allato diſcrimini conformiter, debite diſtinguendum.

Tertio Schva quieſcens ita ſuſtentandum, ut ſequiori ſyllabæ plenum initii reſpirium relinquatur.

Puncta Dageſch in ſua quodque ſpecie, lene in litteris בגדכפת in differentiam ab indageſchatis debite indicandum; Forte, quaſi Schva quieſcens adeſſet (ut regula ſuperior præſcribit) trahendum.

Inter litteras ח & כ. ד & ת. ז, ס, & צ, imo & שׁ, ה absque Mappick, & הּ mappickatum obſervata Alphabethi præſcripti norma clare diſcriminandum.

schieden mache, welches die Hauptanmerkungen sind, so wir nicht übergehen sollen. Wenn man derohalben sich in unsern ausgesetzten Regeln gründlich bekannt gemacht, und derselben Handleitung nachkommet, wird das Lesen auch von dem Anfänger nicht so abentheuerlich in denen Ohren lauten, als es wohl meistens pfleget.

Uebrigens sagen wir mit Bellarmino, man werde dazumalen vollkommen in der Lesart seyn, wann man den Grund der Sprache geleget, oder, mehr zu sagen, Hebräisch erlernet haben wird; dann alsdann das Wort in seiner Laage bekanter und behender in die Augen fället, auch die viele Anmerkungen, so keinem Anfänger beyzubringen, sich durch eigenes Ansehen entscheiden lassen. Wir haben hiemit ein Beyspiel beygerücket, wie man nach seiner Behörde sich im Lesen zu verhalten, und ist über denen Sylben die Maaße der Aussprach nach der gewöhnlichen Zeichnung der Prosodie ausgesetzet.

Denique ad accentus ſejungentes, a quibus omnis ſermonis ordo dependet, tanquam ad interpunctiones ita reſpiciendum, ut iis debite obſervatis lectio venuſta intelligibilis fiat, & diſtincta. Quæ principaliora ſunt, quorum principiantes commonefaciendi. Unde, qui regularum per totum decurſum præſcriptarum habilitatem conciliarit, atque earum manuductioni obſequitur, non tam monſtroſam, abſonam, & ſtribliginoſam lectionem efficiet, quali vulgo aures adſtantium offenduntur.

Cæterum conſentimus Bellarmino, atque tunc demum lectionem nitidiorem promittimus, cum linguæ ſolidiora fundamina iacta fuerint, aut, ſi dicere fas eſt, cum hebræam calluerint. Tum enim ſitus vocabuli notior, non tam peregrinum quidpiam oculis obtrudet, multasque notas, quibus initians abs tædio accumulari nequit, imo quæ nec captui accommodata etiamnum, ſagacius ingenium facile odorabitur. Addimus exemplar, qui exactius legendum, appoſitis ſyllabarum vertici vulgaribus proſodiacæ quantitatis notis.

Forma & valor notarum.

– longiſſima.
o longa.
ᴗ breviſſima.
∩ brevis.

כִּקְדֹחַ · אֵשׁ הֲמָסִים מַיִם תִּבְעֶה־
∩ – – ∩ ᴗ o – – ∩ ᴗ – ∩
thibheh majim hamaſſim eiſch cikedoach

אֵשׁ לְהוֹדִיעַ שִׁמְךָ לְצָרֶיךָ
ᴗ o – o o – ᴗ o – ∩ –
; letzarecha ſchimcha lehodiah , eiſch

מִפָּנֶיךָ גּוֹיִם יִרְגָּזוּ : בַּעֲשׂוֹתְךָ
∩ ᴗ o ᴗ – o – o o – ∩ o – o
baaſchothecha. jirgazu gojim mipanecha

נוֹרָאוֹת לֹא נְקַוֶּה יָרַדְתָּ מִפָּנֶיךָ
∩ o – o o – ᴗ o ᴗ ∩ – – o o –
mipanecha , jaradetha ; nekaveh lo noraoth

Jeſa. 64. v. 1. 2. הָרִים נָזֹלּוּ :
o – o o –
.nazolu harjm

Die=

כֹּה־אָמַר יְהוָֹה אֵלַי הָלוֹךְ וְעָמַדְתָּ

∪ o — ∪ o o o — o — ∪ o — o — —

veamadetha haloch, eilai Jehovah amar coh

בְּשַׁעַר בְּנֵי־הָעָם אֲשֶׁר יָבֹאוּ בוֹ

— o — o ∪ — o — ∪ o ∪ — o

bho jabhou aſcher , haam benei bheſchaar

מַלְכֵי יְהוּדָה וַאֲשֶׁר יֵצְאוּ בוֹ

— — ∪ o ∩ ∪ — ∪ o — ∩ ∪ —

; bho jetzeu vaaſcher , Jehudah malechei

וּבְכָל שַׁעֲרֵי יְרוּשָׁלַיִם ; Jer. 17. 19.

∪ — o — o ∩ ∪ — o ∪ —

Jeruſchalajim ſchaarei ubhechol

Nota *bh* eſt pronuntiandum ceu *v*, ſed modicum durius, & *ei* ut *E* longum.

* * *

Siebender Abschnitt.

Von dem Nomine überhaupt.

§. I.

Kürzlicher Vorbericht von denen Theilen der Rede.

Der Hebräer unterscheidet sich hierinnen von andern Sprachen, und sondert seine Rede in drey Theile ab, in welche man alle übrige zusammen ziehet. Benantlichen שֵׁם Namen. Zu diesem zehlen wir das Nomen, Pronomen und Participium, in so weit es die Abänderung dultet. פָּעַל er hat gewürket, hierunter wird das Verbum angezeiget. Endlichen מִלָּה das Wort, dadurch werden alle unveränderliche Theile der Rede, das Adverbium, Propositio, Interjectio und Conjunctio inbegriffen.

Wann wir der allgemeinen Ordnung Folge leisten wolten, solten wir die gründlichere Abhandlung des Nominis in die Syntax versparen, gleichwie bis jetzo die mehreren Grammatici gepflogen; wir finden aber ein billiges Nachdenken, welches uns ausser selben zu schreiten bemüßiget: in Erwegung,

daß

SECTIO SEPTIMA.

De Nomine in genere.

§. I.

Prænotatio ſuccincta de partibus Orationis.

In dividundis orationis partibus Hebræi ab aliis idiomatibus diſcordes ſunt, quam in treis parteis disjungunt, heis omnia linguæ ſubordinantes שֵׁם *Nomen*, quo nomen, pronomen, & participium, quoad flexioni nominis obnoxium eſt, referunt. פָּעַל *operatus eſt*, quo titulo verbum innuitur. מִלָּה *dictio*, ad quod omnes immobiles orationis partes revocantur.

Si receptus pleriſque mos & tradendi ordo neceſſitudinem nobis imponeret, fuſam (ſunt qui malunt integram) nominis ſtructuram in Syntaxim relegaremus, quod legis propemodum vim Grammaticis tantum non omnibus induebat; ſiquidem nobis rationes, queis ducimur, cauſatiores ſunt, a receptiſſimo calle declinandi. Didicimus, quos-

daß man hier die gänzliche Abhandlung des Nominis hindangesetzet, theils weilen man die Weitläufigkeit, worüber man sichere Grundsätze zu geben verzweifelte, viel zu beschwerlich ansahe, dem Anfänger vorzulegen, damit dieses weit aussehende Irrweesen nicht denselben an der ersten Schwelle stutzig machte, wo nicht gänzlich abschreckete: deßhalben man selben auf die Syntax mit vielem tröstlichen Versprechen verweisete. Solten wir hierüber unsere Gesinnungen offenherzig entdecken, so hat man denen allermeisten noch die Erfüllung abzufordern: theils weilen man eine Kurzweil daraus machte; der status constructus nominis wurde zu einer Mähre, welche ihrer Unacht und Ringschätzigkeit wegen nicht der Mühe lohnte, dem mit verhängtem Zügel hitzig eilenden Lehrling Einhalt zu thun. Diese wolten also das Ziel erreichen, bevor sie die Rennbahn betretten. Endlichen andere wolten es in einer Mühe mit denen Nominibus verbalibus abhandeln, um Gelegenheit dessen nach ihrem Ursprung ein solches gründlicher zu verrichten. Doch dünkt uns, daß derjenige, der es so weit gebracht von selbsten Nomina verbalia formiren zu können, wohl auch deren Abänderung wissen solte und würde, um so mehr als sie mit denen andern gänzlich übereinstimmen.

Klärlicher zu reden, so haben in dieser Sache so wenige ein Genügen geleistet, als viele selbes zu thun sich anheischig gemacht. Unter welchen unzähligen auch **Pfeiffer** in seinen ausgesetzten Regeln bey weitem deme nicht nachgekommen, was er der Welt einzureden willens war.

quosdam ex compoſito rimationem nominis procraſtinaſſe, quia prolixum materiæ ambitum tot tantisque receſſibus interjectum, quem nullis, aut inſufficientibus certo regulis ſtringi poſſe conclamabant, tyroni intemporanee offerendum deſpiciebant, ne in ipſo quaſi primore limite vaſtiſſimo præſcriptionum, & præceptorum aggere disterreretur; ſed promiſſis demulcitus hæc prætervectus ulteriora præſtolaretur. Si quod cenſemus, ex animi ſententia fas ſit fateri, plurimi adhucdum verborum ſuorum repoſcendi: alii iſta, nominis præcipue ſtatum conſtructum, ſannis quaſi cavillantes parabolam fecerunt, cujus exilem uſum diſcipuli effuſis (ut ajunt) habenis ad ſolidiora feſtinantes morari dedignarentur. Mirum ſane, quod metæ adpropinquaturos crederent, qui curriculum non noſſent. Sunt denique qui operarum moleſte frugales labori parcendum, atque uno eodemque temporis impendio cum verbali nomine originis occaſione laxius pertractandum cauſſarentur, Ecquidem, qui eo uſque devenit, ut tandem verbalia formare valeat, iſthæc noſſe aut debet, aut certo noſcet; Auſumus dicere, quod linguæ hujus diſcipuli hac ſuper re tantum inopes ſint, & Grammaticorum ope deſtituti, quantum innumeris pollicitationibus eorundem divites ſunt, ac mactati pone: cum vix ac ne vix quidem ullus promiſſis ſuis ſatisfecerit.

Quos

Derowegen lassen wir uns die allgemeine Gebräuche keine vorschreibliche Maaßgebung seyn, sondern weilen wir, was wir geloben, gründlich zu bewerkstelligen gesonnen seynd, als schreiten wir zu dessen Erörterung.

§. II.

Von dem Ursprung des Nominis.

Denselben leiten sie von denen Verbis radicalibus, welche aus drey, nicht mehr noch minder, Buchstaben bestehen, שֹׁרֶשׁ genannt, anfänglich her. Deme gemäß werden sie in zwey Gattungen eingetheilet: deren erstere שְׁמוֹת שְׁלֵמִים das ist **vollkommene Namen**, nemlich diejenige, welche in ihrer Formation alle drey Wurzelbuchstaben beybehalten: die zweyten שְׁמוֹת חֲסֵרִים **mangelhafte Namen** betitelt werden, nemlich, welche einen von ihren Radicalbuchstaben verliehren. Beede leiden eine abermalige Untertheilung, die durch bloße Abänderung der Vocalen geartet werden, z. E. זֵכֶר **Gedåchtniß**, זָכָר **Månnlein**, von זָכַר **er hat gedacht.** Diesen kommet eigentlich der Namen שְׁלֵמִים bey. Andere, so die Wurzelbuchstaben nicht allein beybehalten, sondern über selbige annoch einen aus denen Formativis האמנתיו zulegen, als זִכָּרוֹן **Gedåchtniß**, aus obigem

Quos inter *Pfeifferus* in ſuis regulis vadimonium (quod ajunt) deſeruit, quin quod ſpondere viſus, evincat.

Quare necquicquam conſuetudinem aliorum ceu normam ſuſpicimus, ſed quo promiſſis ſtemus, inſudantes ad Nomen valdius pertractandum tranſimus.

§. II.

De Ortu Nominis.

Præliminariter nominum derivatio attingenda. quam a verbis radicalibus tribus non amplius minusve litteris conſtantibus Hebræis שֹׁרֶשׁ dictis nanciſcuntur. Bifariam hoc reſpectu ſecernuntur, una eorundem ſpecies שְׁמוֹת שְׁלֵמִים id eſt, *nomina perfecta* nuncupantut: ea nimirum, quæ in formatione omnes tres radicales retinent. Alterum genus שְׁמוֹת חֲסֵרִים, quod ſignificat *nomina defectiva*, quod unam radicalium abjiciant. Utraque denuo ſubdividunda: quæ ſola vocalium mutatione formantur, ceu זֵכֶר *memoria*, זָכָר *maſculus*, a זָכַר *recordatus eſt*. Hæc jure nomen שְׁלֵמִים ſibi vendicant. Quæ autem reſervatis radicalibus unam formativornm האמנתיו ſuperaddunt, ceu זִכָּרוֹן *memoria* a זָכַר, שְׁלֵמִים נוֹסָפִים

augmen-

obigem זָכָר, sodann heissen sie שְׁמוֹת נוֹסָפִים die vermehrte vollkommene. Die würkliche שֵׁמוֹת חֲסֵרִים werfen einen von ihren Ursprungs-Buchstaben hinweg, wie בֵּן Sohn, von בָּנָה er hat gebauet, זָר Fremdling, von זוּר er hat entfremdet, עָם Volk, von עָמַם. Endlich andere, wann sie einen von denen Wurzelbuchstaben fahren lassen, ersetzen dessen Gebrechen durch einen aus obberührten Formativis, als da seynd מַטֶּה Staab, von נָטָה er hat gebogen, מַצָּע Unterbreitung, von יָצַע, מַטָּרָה Kerker, von נָטַר er hat gehütet. Von diesen ist der Spruch מִצַּד אֶחָד נוֹסָפִים וּמִצַּד אֶחָד חֲסֵרִים von einer Seite vermehrt, und von einer Seite abgängig.

Die Grundursach dieser so mancherley Abänderung ist die genaue Übereinkommung mit ihren Radicibus, deren Art sie in allwege genau befolgen. Wann derowegen das Verbum radicale ein vollkommenes auf keiner Seite abweichendes ist, muß das hievon entstandene Nomen ebenfalls ein vollkommenes geworden seyn. Zum Widerspiel ist der Radix unvollkommen, oder auf einer Seite abweichend, wie da seynd alle diejenige, bey welchen ein Zufall statt findet, benamtlichen: der erste Radical *Nun*, oder *Jod*: wie נָבַט er hat angesehen, woraus entstehet מַבָּט Harrung, יָחַם

er

augmentata perfecta ſalutantur. Proprie ſic dicta חֲסֵרִים unam radicalium de toto ammittunt, ut בֵּן *filius* ex בָּנָה *ædificavit*, זָר *alienus* ex זוּר *alienavit*, עָם *populus* ex עָמַם. Quæ vero abiectam adſcita una ex coma memoratis Formativis reſarciunt, quali ſunt מַטֶּה *ſcipio baculus* a נָטָה *inflexit*, מַצָּע *ſtratum* a יָצַע, מַטָּרָה *carcer* a נָטַר *cuſtodivit*, de his dicitur, מִצַּד אֶחָד נוֹסָפִים וּמִצַּד אֶחָד חֲסֵרִים *ex una parte aucta, & ex una parte defectiva.*

Cauſa polyſariæ hujus permutationis, arctiſſimus nomina inter & radices nexus, a quibus illa integram naturam hauriunt. Quando igitur cunque *verbum radicale* perfectum nulla ex parte deflectens eſt, inde dimanans *nomen* nequit non eſſe perfectum. Viciſſim ſi radix *imperfecta*, aut aliunde defectiva, ut vulgo nominantur, ſit; quales ſunt omnes, quibus accidens concurrit. Nominatim: prima radicalis *Nun* vel *Jod*, ceu נָבַט *aſpexit*, unde oritur מַבָּט *expectatio*, יָחַם *incaluit*, unde חֵמָה *æſtus iracundiæ:* media radicalis quieſcens, ut גּוּר *peregrinatus*

(ת) ad ornatum vocis per Chirick aut (ַ) v. c. תִּפְאֶרֶת gloria, a פְּאֵר: תַּרְדֵּמָה ſopor, a רָדַם: raro accipit (ְ), idque tum, cum ante א locatur; nam tunc cum א, quod (ְ) quieſcens reſpuit, interpunctionem cambiat: ita תְּאַשּׁוּר cedrus pro תְּאַשּׁוּר. In medio plerumque pronomen ſubſequitur, & tunc pro ה adeſt. In fine oſtendit fæmininum, habetque ante ſe (ִ), Chirik, Cholem, raro (וּ), cum nimirum qualitatem ſine ſubjecto oſtendit: v. c. גְּבֶרֶת princeps

(a) Pſal. 113. v. 5. ubi plura invenies.

תַּבְנִית Gestalt, von בָּנָה: צִדְקוֹתָיו Gerechtigkeiten, von צֶדֶק: יְדִידוּת die Liebe, von יָדַד. Bey den Verbis: im Anfang die zweyte Person beedes Geschlechts und Numeri, Futuri, und die dritte beeder Numerorum fæmin. eben des Futuri. In der Mitte wechselt es mit dem ה in denen Verbis des letzten ה, und zeiget uns im Præterito das Fæmin. Am Ende: die zweyte Person mascul. und fæmin. singul. præteriti, und in Participiis den Sing.& Plur. fæmin. All deren ת Interpunction sind in Verbis zu sehen.

(נ) In der Mitte bey den Nominibus vor ו zeiget die erste Person Plur. wie רַגְלֵינוּ unsere Füße. Zuletzt das Fæminin. pluralis zweyter und dritter Person hat vor seiner (ֵ) oder (ָ): besiehe die Nomina. Auch ohne aller Bedienung: dann hat es ein (וֹ) oder (ָ): z. E. פְּרָזוֹן Dorf, von פָּרַז: שֻׁלְחָן Tisch, von שָׁלַח: sehr selten mit dem (ַ): wie דָּרְבַן Stachel, von דָּרַב: in welcher Gestalt es mehr den St. constr. anzeigen solle. Bey den Verbis: im Anfang zeiget die erste Person plur. Futuri: in der Mitte vor dem ו die erste Person plur. Præteriti: vor dem ה aber plur. fæm. imperativi und futuri. Zuletzt das Fæmin. der zweyten Person. plur. præt. Wenn es paragogicum ist, kommet es bey dem Verbo ohne Bedeutung, und gebet selbem gemeiniglich ein ו vor: also יִשְׁמְרוּן statt יִשְׁמְרוּ.

ceps fæmina, a גָּבַר: תַּבְנִית *forma*, a בָּנָה: צְדָקוֹת *justitiæ*, a צֶדֶק: יְדִידוּת *dilectio*, a יָדַד· Apud verbum secundam personam utriusque tam generis, quam numeri, & tertiam utriusque numeri futuri. In medio mutat cum ה in verbis ultimæ ה, indicatque fæmininum præteriti. In fine secundam personam mascul. & fæm. singularis præteriti, & in participiis singul. fæminini. Omnium horum ת interpunctionem in verbis invenisti.

(נ) In medio apud nomina ante ו ostendit primam personam plur. ceu רַגְלֵינוּ *pedes nostri.* In fine fæmin. pluralis secundæ & tertiæ personæ, signaturque per (ֶ) aut (ָ): vide nomina. Quandoque, quin quidquam operetur: tunc ei aut (וֹ) aut (ָ) subjicitur: v. c. פִּרְזוֹן *oppidum*, a פָּרָז: שֻׁלְחָן *mensa*, a שָׁלַח. Raro cum (ֶ): ceu דָּרְבָן *aculeus*, a דָּרַב qua forma magis statum constructum innuere vult. In verbis in principio futuri primam numeri pluralis: in medio ante ו primam pluralis præteriti: ante ה vero plural. fæmin. imperativi & futuri. Finale fæmin. secundæ personæ pluralis præteriti. Si paragogicum est, apud verbum nil operatur, eique magnam partem ו anteponitur: ita יִשְׁמְרוּן pro יִשְׁמְרוּ.

(ו) Im Anfang ist es ein Copulativum und. Unter sich, wenn nichts hindert, ist es mit (ְ) bezeichnet: Folget selbem aber ein (ְ), oder ein Labial, bekommet es ein (וּ): z. E. וּדְבַר und das Wort: וָפֶרֶץ und Pharez. Vor einem Jod, worunter ein (ְ) stehen soll, nimmt es ein Chirick, und bleibet das (ְ) aus, so unter dem Jod stehen solte: wie וִיהוּדָה und Juda. Folget aber ein Guttural mit einem Chateph, so nimmt es den gleichlautenden Vocal an: also וַאֲרֻבּוֹת und die Fenster, וֶאֱמֶת und die Warheit, וָאֳנִי und das Schif. Wenn aber ein ה, so hingegen heraus geworfen worden, nachgehet, sodann bekommt das ו die Interpunction des ה: wie וַנִּירָם für וְהַנִּירָם und ihr Gedächtniß: Man kan hieraus von selbst erachten: daß es auch das (ָ) bekomme, wenn das ה ein solches zu Ersetzung seines nachgehenden Dagesch gehabt hätte. Wenn die dem ו nachgehende Sylbe einen Accent hat, wird statt des (ְ) ein (ָ) gesetzet: z. E. וָנֶסֶךְ u. Opferfladen: Es seye dann, daß noch ein Copulativum nachgienge, so behält das erste, sein (ְ): also שׁוֹר וְכֶשֶׂב וָעֵז Ochs und Lamm und Geis. Bey einem Wort, wo ein Athnach, oder Soph-Passuck vorfället, fordert es ein (ָ). Es kan das ו auch aber bedeuten, wenn sich in der Rede das Gegenspiel andeutet, davon

(ו) In principio copulativum eſt. Subjicitur, ſi nullo accidente impeditur, (:). Si vero aliud (:) aut labialis excipiat, degenerat in (וּ) e. c. וּדְבָר *& verbum*, וּפֶרֶץ *& Pheretz.* Ante Jod, cui ſubjici (:) debuiſſet, Chirick ſuſcipit, & (:), quo Jod informandum erat, expellit; ita וִיהוּדָה *& Juda.* Da vero illud ante gutturalem venire, quæ Chateph ſubſtratum habeat, tum pariſonam vocalem ſuſcipiet: ita וַאֲרֻבּוֹת *& feneſtræ*, וֶאֱמֶת *& veritas*, וָאֳנִי *& navis.* Si vero ה, quod tamen exciderit, ſequi deberet, ו ejusdem interpunctionem amplectitur: ceu וַזְכִּירָם pro וְהַזְכִּירָם *& memoria eorum*: pronum eſt inde concludere: quod etiam (ִ) ſuſcipiat, cum ה tale ad reſarciendum ſibi ſubſequum Dageſch accepiſſet. Si excipiens ipſum ו ſyllaba, accentu ſtringitur, pro (:) eidem (ָ) ſubſternitur. v. c. וָנֶסֶךְ *& libamen:* niſi cum aliud copulativ. ſubſequitur: tunc prius ſuum (:) retinet; ceu שׁוֹר וְכֶשֶׂב וָעֵז *bos & agnus & capra.* In voce, cui Athnach, aut Soph Paſſuck incidit, (ָ) poſtulat. Significat vero ו ſubinde *autem*, cum ſermo quaſi contrarium innuere vult: hujus undequaque occurrentia

von aller Orten Beyspiel vorkommen, die Interpunction ist eben die, als bevor. Am Ende kommet es oftmahlen sonder Ursach, da es aus denen Buchstaben האמנתיו ist, und hat manchmahl ein (וְ), manchmahl (וֹ); z. E. וְחַיְתוֹ statt וְחַיַּת und das Thier, וְגִשְׁמוֹ vor וְגֶשֶׁם und Gascham. Wenn es aber eine Bedienung hat, zeiget es das Pronomen der dritten Person masc. sing. und ist mit (וֹ), wenn das Substantivum in singulari ist, als זַרְעוֹ sein Saame, oder (ָ) im Plurali יָדָיו seine Hände bezeichnet. In denen Verbis ist es copulativum, und beobachtet das obgesagte, oder conversivum. Aus dem Futuro in das Præteritum wird selbem ein (ַ) untergeleget, und dem nachgehenden Buchstaben ein Dagesch eingedrucket: und denn heißet das Futurum mit der Bedeutniß des Præteriti, z. E. וַיֹּאמֶר und er hat gesagt. Es bleibet auch das Dagesch oftmahls aus, und zwar mehrentheils in denen mit Schva unterzeichneten Buchstaben: wie וַיְהִי statt וַיִּהְיִ. Nachdeme durch dieses וַ dem Wort eine Sylbe zuwächset, ist leicht von sich selbst zu erachten, daß der Accent zurück gezogen werden müsse; woraus erfolget, daß aus dem End-großen Vocal, ein kleiner gleiches Organi entstehen müsse: wovon wir die Ursach schon anderwärtig gegeben haben. Dessen Würkung bey dem Verbo ultimæ ה haben wir in selbem Verbo ausführlich gezeiget.

Daß

habes exempla, interpunctio vero eadem eſt, cum priore. In fine non raro absque omni cauſſa, cum eſt una litterarum הָאֱמַנְתִּיו, habetque jam (וֹ), jam (וּ): v. c. וְחַיְתוֹ pro וְחַיַּת & *beſtia*, וְנִשְׁמוֹ in locum וְגֶשֶׁם & *Gaſcham.* Si vero quidquam operatur, tunc tertiam pronominis perſonam maſcul: ſingul. monſtrat, habetque inſcriptum (וֹ), Si ſubſtantivum, ſingulare eſt, ut זַרְעוֹ *ſemen ejus*: aut (ָ) in plurali יָדָיו *manus ejus.* In verbis eſt copulativum, ſervatque, quod de ſuperiori adtulimus, aut converſivum: De futuro in præteritum, eidem (ַ) ſubditur, & ſubſequæ litteræ Dageſch inprimitur: & tum futuri notionem, in eam præteriti transformat: v. c. וַיֹּאמֶר & *dixit.* Subinde quoque Dageſch deſideratur, idque utplurimum in litteris, quibus (:) eſt ſubſtratum: ceu וַיְהִי pro וַיְּהִי. Cum per hoc וַ voci unius ſyllabæ augmentum ſuccreſcat, facile eſt conjicere, accentum retrotrahi debere; unde conſequitur, quod finalis magna vocalis, in parvam ejusdem organi deficiat: cujus jam alibi meminimus. Ejusdem operationem in verbis ultimæ radicalis ה apud illud verbum latius oſtendimus.

Das Conversivum aus dem Præterito in das Futurum ist mit dem Copulativo der Interpunction, und dessen nach Umständen Veränderung, gleich; es nimmt nemlich vor dem (ְ) oder Labial ein (וּ) an. Uebrigens überträget es des Præteriti Bedeutniß in das Futurum: zum E. וְהָיָה es wird seyn. Von allen diesen kan der §. des beweglichen (ְ) nachgesehen werden: wo wir dieses vorgehandelt. Am Ende wird die erste Person des Præteriti pluralis durch das ו mit Schureck und vorgesezten נ angezeiget. Auch wird die dritte Pluralis damit erkennet, wenn es (וּ) ist.

(ל) Im Anfang hat bey den Nominibus ein (ְ). Seine Bedeutung ist entweder der Genitivus, oder Dativus. (Besiehe unsere Syntax.) In der Mitte und am Ende kan es keine Bedienung vornehmen. Bey den Verbis nur im Anfang: bedeutet ein Gerundium Verbi; dessen Ursprung von אֶל: das (ֶ) hat sich in Chirick geändert. Die Interpunction ist bey den Verbis gezeiget worden. Hier bey denen Verbis zehle man es zu den Derivatis.

(ב) Hat das nemliche als das ו zu beobachten. Seine Bedeutung ist der Ablativus in, mit, von durch, wider: am Ende, und mitten ist es radical. Bis daher von denen Simplicibus: Folgen die Derivata; und da wir das ל oben mit eingezogen, kommet jezo erstens

(כ) Dessen Interpunction im Anfang bey den Nominibus gleich dem ו: heißet als, wie.

Bey

mus. Converſivum de præterito in futurum cum copulativo, quod ad interpunctionem, ejusque pro circumſtantiis variationem coincidit; nimirum ante (:) aut labiales (וּ)(ſuſcipit. Cæterum præteriti ſignificationem in futurum tranſire facit: ceu וְהָיָה & *erit*. De his omnibus §. de Schva mobili inſpici poterit: ubi hæc latius diſcuſſa ſunt. Calci ſubjunctum primam præteriti perſonam pluralis numeri, cum נ ante ו cum Schureck vides, agnoſces. Præterea ſi (וּ) tertiam pluralis indicat.

(לְ) Exordiale in nominibus ſubſtratum (:) habet. Notio ejusdem aut genitivus aut dativus eſt. (Vide noſtram Syntaxin.) In medio & fine ſervire nequit. (ל) in verbis in principio tantum habet locum; ejus origo ab אֶל: (∴) in Chirick migravit. Interpunctio apud verba indicata eſt: ad verba poſitum derivatorum cenſui inſcribitur,

(בְ) Eadem cum ו obſervat. Ejus ſignificatus eſt ablativus: *in*, *cum*, *de*, *per*, *contra*. In medio & fine radicale eſt. Hactenus de ſimplicibus: progredimur ad derivata: & cum de ל ſupra ſimul & ſemel egerimus, proximum eſt

(כְ) cujus interpunctio in principio nominum ceu ו: innuit *ceu*, *quaſi*. Apud

Bey den Verbis ist es aus בכלם, und deutet auf das Gerundium.

(מ) heißt von, hat ein Chirick mit nachgehenhen Dagesch, oder ersetzet dessen Gebrechen in (ֵ), bedeutet auch ein comparativum. In denen Verbis zeiget es das Participium unterschiedener Characteren, welches dort zu sehen.

(ש) So bey den Verbis als Nominibus ist ein Relativum, so nur im Anfang des Worts kommet: also daß es dem Wort am nächsten (ohne den litteris formativis temporum & characterum) anhängig seye; hat ein (ֶ) mit nachgehendem Dagesch; welches aber, da es nicht stehen kan, nicht ersetzet wird.

(ה) Im Anfang ist fünferley Gattung. ה הַיְדִיעָה notitiæ: zeiget eine bereits bekannte Sache: wird denen Nominibus, Pronominibus, und Participiis angehangen. Hat ein (ַ) mit nachgehenden Dagesch, welches vor Gutturalen in (ָ) ersetzet wird; es sey dann, der Guttural habe selbst ein (ָ), da es wegen dem füglichern Ausspruch ein (ֶ): als הֶהָרִים הָרָמִים hohe Berge. Mit diesem stimmet das zweyte ה הַקְּרִיאָה Vocativum gänzlich übereins. Drittens und viertens ה הַשְּׁאֵלָה Interrogativum, und ה הַתֵּימָה admirativum, haben zur interpunction ein (ֲ): vor einem (ְ) und Gutturalen aber ein (ַ): vor einem Guttural mit (ָ) ebenfals ein (ֶ). Wird endlich dieses ה aus dem Sinn der Rede verstanden, so

hat

verba eſt ex בכלם, & gerundium indicat.

(מ) idem ac *de*, *ab*. Proprium habet Chirick cum ſubſequo Dageſch, quod cum deficit, per (ֵ) redintegratur: Oſtendit etiam comparativum. In verbis noſces inde plura diverſorum characterum participia: quod in verbis videndum eſt.

(ש) tam in nominibus quam verbis relativum eſt, quod tantum in principio venit: ita quidem, ut voci proxime (demptis litteris formativis characterum & temporum) jungatur. (ֶ) cum ſubſequo Dageſch habet: quod tamen, cum deficit, non reſarcitur.

(ה) in principio quintuplex. ה הַיְדִיעָה *notitiæ*: Oſtendit rem vulgo notam: nominibus, pronominibus, participiis nectitur. (ַ) cum ſequente Dageſch repoſcit, quod ante gutturales in (ָ) reſarcitur: niſi ubi gutturalis ipſa (ָ) habet; nam tunc ob concinniorem enunciationem (ֶ) amat: ceu הֶהָרִים הָרָמִים *montes excelſi*. Huic alterum ה הַקְּרִיאָה *vocativum* totum conforme eſt. Tertium & quartum ה הַשְּׁאֵלָה *interrogativum*, & ה הַתֵּימָה *admirativum* habent pro interpunctione (ֲ): ante (ְ) vero & gutturales (ַ): ante gutturalem cum (ָ) pariter (ֶ): ſi denque ex

hat es ein (ַ). Fünftens ה an statt אֲשֶׁר mit (ַ). Am Ende ist es dreyfach: Paragogicum aus denen הָאֱמַנְתִּיו: Da ruhet es nach dem (ָ) ה Locale bedeutet die Bewegung von einem Ort zum andern, und vertritt die Stelle des im Anfang gesetzten ל: also אֵילִמָה statt לְאֵלִים nach Elim. Und letztens ה fæmininum, so mit dem vorgehenden (ָ) das Genus zeiget. Alle diese drey verändern ein ihnen vorgehendes ה in ein ת. Bey den Verbis ist es im Anfang vierfach: weilen nur das ה notitiæ ausbleibet; übrigens kommt es mit den obigen überein. Zuletzt zweyfach, paragogicum und fæm. mit der obigen Interpunction :| zeiget nebst deme anfangs auch den Character Hiphil und Hophal an.

Zugaabe.

Von der Wurzelforschung.

Diejenige Grammatici, so sich alle Mühe geben, dem Lehrling vieles von der Wurzelforschung beyzubringen, überzeugen sich selbst, daß ihre vorgeschriebene Reguln nicht allerdings Stich halten. Dann wann anderst selbe auf ächten Pfeilern gestützet sind, hat man keineswegs Ursach, den angehenden Neuling mit derley das Gedächtniß überhäuffenden und mehrentheils unsichern Sätzen, eine Sache beschwerlich vorzubilden, von welcher man nach wohlgelegten Gründen ohne sonderlichen Nach-

theil

ſenſu tale ה conjici debet, (֯) habet. Quinto הָ pro אֲשֶׁר cum (֯). Finale triplex eſt. Paragogicum ex litteris הָאֶמַנְתִּיו: tunc poſt (ָ) quieſcit. הָ Locale indicat motum de loco *ad* locum, & vices agit litteræ ל in principio poſitæ: v. e. אֵלִימָה pro לְאֵלִים *Elimam*. Et ultima הָ fæmininum, quod cum priori (ָ) genus fæmininum monſtrat. Hæc tria inſimul, prævium ſibi ה in ת tranſire faciunt. Apud verba exordiale quatruplex eſt: quia hic ſolum ה notitiæ locum non habet. Alterum cum ſuperius memoratis incidit. In fine paragogicum, & fæmininum cum ſupra recenſita interpunctione. Præterea in principio oſtendit characterem Hiphil & Hophal.

ADDITIO

De Inveſtigatione Radicis.

Ii Grammatici, qui maximam operam impendunt: tyroni multa de radicum inveſtigatione inculcandi, ſibi ipſis teſtimonium dicunt, præſcriptas a ſe regulas vacillare. Nam, ſi eædem ſolidis principiis nixæ ſunt, non apparet ratio, ob quam novitiis initiandis farragine notandorum, quæ, quantum memoriam obruunt, tantum ut

pluri-

theil schweigen kan. Wir beziehen uns demnach auf den sowohl von der Artung des Nominis, als Verbi deutlich gegebenen Unterricht: und setzen nur so viel bey: daß, da das Stammwort aus drey Stammbuchstaben zusammen gesetzet ist, niemahlen zwey derselben hinter einander gebrechen können. Demnach kan vorne nur ein נ und Jod, sehr selten, nemlich in einigen bey dem Verbo פ״א ausgenommenen Verbis ein א: mitten ein ו, Jod oder Duplant: rückwärts aber ein ה abgehen: von welcher Ersetzung die hievon handlende Verba zu besehen. Sodann merke man zur Beyhülf: daß wenn man nicht drey offenbare Stammbuchstaben findet, man auf die Dienstbuchstaben bemerken müsse. Und zwar אַלְבֵּשׁ: diese vier Buchstaben können nur anfangs dienen, folgsam sind sie anderwärtig gewisse Stammbuchstaben. כְּהַמָן können in der Mitte für keine Dienstbuchstaben gehalten werden. יְת können aller Orten denen: aus welchen das י׳ (seinen eigenen Namen ausgenommen) niemahlen zum Anfang oder Letzt ein Radical ist. Dieses ist, so wir denen Gründen, so in der Abhandlung der Grammatick vorkommen, zuzusetzen gut erachtet.

Endlichen würden wir, nach der weitläuftigen Abhandlung derer Nominum, eine vergebliche Arbeit unternehmen, von denen Nominibus verbalibus nach Art der andern zu handeln; nachdeme der U. M. Simonis in seinem Arcano formarum gezeiget,

plurimum fluctuant, rem tantæ difficultatis obumbrent: de qua justis fundamentis jactis absque insigni jactura taceas. Revocamus itaque ad id, quod tam de nominum, quam verborum formatione fuse satis disceptavimus. Id solum addimus: quod, quia radix tribus tantum radicalibus constat, nunquam, continuo duæ se sequentes, desiderari possint. Itaque ab initio נ & Jod: rarius, nempe in quibusdam verbis, quæ in verbo פ״א excepimus, א: in medio ו, Jod, aut geminata: in fine ה deficere potest: de quorum resarcitione in quolibet verborum egimus. Porro juverit in subsidium notasse: quod, cum tres radicales palam non adsunt, ad serviles respiciendum: & quidem אַלְבַּשׁ: hæ quatuor litteræ tantum ab initio servire possunt, hinc alibi radicales puta. כְּהַמַּן in medio nunquam pro servilibus suscipiendæ. וִית ubique servire possunt. Ex quibus ו׳ (si ejus nomen excipias) nunquam in principio aut fine radicalis est. Hoc erat, quod fundamentis in decursu Grammatices disceptatis, addendum e re duximus.

Tandem, post plenissimam nominum disquisitionem, actum ageremus, si de nominibus verbalibus morem aliorum sequeremur,

zeiget: daß es ein Werk seye, so die rechte Größe einer Grammatick übersteiget: zugleich aber ist uns nichts zuzusetzen übrig geblieben: nachdeme es ein nach allen Stücken vollkommenes, und zur Philologie viel beytragendes Buch ist, welches, wenn unser Rath etwas vermag, jedermann angepriesen wird.

Syn=

mur; poſtquam V.C.Simonis in ſuo formarum arcano docuit: hoc ſolum, opus eſſe, quod juſtum Grammatices modum excederet; præterea nil eſt, quod operi illi omnibus numeris abſolutiſſimo, atque ad Philologiam apprime utili addendum reliqui feciſſet; quare, ſi quis conſiliis noſtris regi vult, illud cuicunque de merito celebramus.

SYN-

Syntax der Hebräischen Sprache.

Erster Abschnitt. Von Zusammenfügung der Nominum.

§. I. Was die Hebräische Syntax seye, und die Eintheilung derselben.

Die Syntax oder Wortverbindung, so die Hebräer מְלִיצָה nennen, wird von uns alhier in dem Verstande genommen: daß es seye die Lehre, wodurch man den gebührenden Zusammenhang der Theilen der Rede, deren Regierung und Uebereinstimmung erörtert. Nach denen drey Theilen der Rede, als so viel Gegenwürfen, hat man dreyerley zu erwegen. Erstens die Nomina und deren Angehör, zweytens die Verba, drittens die Wörtlein. Wann wir dieses als die Vorbereitungen kürzlich gezeiget haben werden:

SYNTAXIS LINGUÆ HEBREAE.

SECTIO PRIMA.

De Constructione Nominis.

§. I.

Quid sit Syntaxis hebræa, & quæ ejusdem divisio.

Syntaxis, aut sermonis synthesis, quæ Hebræis מְלִיצָה dicitur, eo hic a nobis significatu sumitur: quatenus est doctrina, quæ debitum partium orationis nexum, earum regimen, & convenientiam explanat. Secundum tres illius partes ceu totidem objecta trifariam eandem dispescimus. Primo nomina, & quæ his conveniunt, posthæc verba, tertio particulas disquiremus. Transactis his ceu in

den; alsdann werden wir den Zusammenhang der ganzen Rede erläutern! Nach solchergestalt abgehandelter **gemeinen** Redebindung, schreiten wir zur **figurirten**, um in etwas die syntactische Figuren Enallagen, Elipsin, und den entgegen gesetzten Pleonasmum, dann auch Synthesin: Zeugma, Hyppalagen, Synchysin: Hendyaden, Poly- und Asyndeton zu berühren. Wobey wir einen kleinen Begrif der denen Hebräern besonders beliebten Amphibologie, ingleichen Allegorie, Hyperbolen, Metaphoren, und andern Figuris rhetoricis beyrücken werden. Bey diesen werden wir jederzeit nebst einem aus der Schrift gezeigten Beyspiel, ein eigenes zur Anweisung setzen. Den Beschluß machen wir durch die verheißene Accenten Abhandlung. Einer ausführlich synthetischen Rede Muster aber mag man sich aus der vorgesetzten, und zu dem Ende, damit selbe der Meister dem Lehrlinge erkläre, nicht translatirten Vorrede nehmen.

§. II.

Von Uebereinstimmung des Nominis.

Zwey oder auch mehrere zu einer Sache gehörige Substantiva stimmen in genere, numero, und casu überein: z. E. בְּיַד דָּוִד עַבְדִּי (a) **durch die Hand Davids meines Knechts.** Doch stimmen auch selbe unterweilen nicht überein: wie בָשָׂר בַּשָּׂדֶה טְרֵפָה (b) **das Fleisch im Feld**

(a) 2. Sam. 3. v. 18. (b) Exod. 22. v. 31.

præparationem, tum nexum integri ſermonis oſtendemus. Sicque abſoluta ſimplici ſyntaxi ad figuratam transgredimur, tangemusque, quantum breviter, ſyntacticas figuras, Enallagen Elypſin, atque huic oppoſitum Pleonaſmum: præterea Syntheſin, Zeugma, Hyppalagen, Synchyſin, Hendyaden, Poly- atque Aſyndeton. Ubi compendio quoque dilectam Hebræis Amphybologiam, itemque Allegoriam, Hyperbolen, Metaphoram, aliasque Rhetorices figuras adnectemus. In his præter allatum ex ſacro Codice exemplum, proprio quoque ſpecimine earum uſum oſtendemus. Clauſulam imponet, quam ſpopondimus, tractatio accentuum. Pleniorem ſyntheticæ ſtructuræ effigiem præmiſſa in eum finem, quoque a magiſtro diſcipulis id fiat, non translata præfatio, ſuppeditabit:

§. II.

De Convenientia Nominis.

Duo aut plura inſimul ad rem unam vergentia ſubſtantiva in genere, numero & caſu conveniunt: v. c. בְּיַד דָּוִד עַבְדִּי (a) *per manum ſervi mei Davidis.* Subinde tamen eadem diſcordia inveniuntur: ceu בָּשָׂר-

(a) 2. Sam. 3. v. 18. (b) Exod. 22. v. 31.

Feld zerrissen, wo בָּשָׂר männlich, טְרֵפָה weiblich ist.

Das Adjectivum muß ebenfals mit dem Substantivo im Genere, Numero und Casu überein kommen, alwo das Substantivum regelmäßig dem Adjectivo vorgesetzet zu werden anfordert. Also (c) לֵב נָבוֹן יְבַקֶּשׁ דָּעַת ein verständiges Herz suchet Wissenschaft. Wenn nun das Adjectivum dem Substantivo vorgesetzet wird, verstehe man eine Elipsin des Verbi הָיָה: z. E. יָשָׁר דְּבַר יְהוָֹה (d) recht (ist) das Wort des HErrn. Im Fall daß zwey Substantiva unterschiedliches Geschlechts bey einem Adjectivo zusammen kommen, wird selbes mit dem Masculino, als dem würdigern, concordiret: wie חֻקִּים וּמִצְוֹת טוֹבִים (e) gute Satzungen und Befehle. Obgleich auch das Adjectivum dem nähern gleich gehalten werden könne: also אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת (f) meinen ausgegossenen Zorn und Grimm. Die Stelle des Adjectivi wird vertretten durch ein Substantivum mit der Præposition בּ׳, מ׳, ל: z. E. יוֹעֵץ בְּשֵׂכֶל (g) ein Rathgeber mit Verstand, das ist ein Verständiger. הֹלֵךְ בְּדֶרֶךְ מֶרְחוֹק

(c) Sprüchw. 15. v. 14. (d) Psalm. 33. v. 4. (e) Nehem. 9. v. 13. (f) Jer. 7. v. 20. (g) Paralip. 26. v. 14.

בַּשָּׂדֶה טְרֵפָה; *caro in campo discerpta.* Hic בָּשָׂר masculinum est, טְרֵפָה fœmininum.

Adjectivum quoque cum substantivo in genere, numero & casu concordatur: ubi substantivum ex regula Adjectivo semper præmitti oportet: ita לֵב נָבוֹן יְבַקֶּשׁ דַּעַת *cor sapiens quærit scientiam.* Cum ergo adjectivum ante substantivum inveneris, elypsin subauditi verbi הָיָה intelliges: v. c. יָשָׁר דְּבַר יְהוָה (d) *rectum* (est) *verbum Domini.* Quod si duo substantiva diversi generis cum uno adjectivo concurrant, cum masculino tanquam digniore concordatur: ceu חֻקִּים וּמִצְוֹת טוֹבִים (e) *bona statuta ac mandata.* Quantumvis etiam ultimo possit conformari: ut אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת (f) *effusam iram meam & furorem meum.*

Vices adjectivi agit substantivum cum præpositionibus ב׳, מ׳, ל׳, ceu יוֹעֵץ בְּשֶׂכֶל (g) *consiliator cum sapientia*, ac si dicas *sapiens.*

(c) Proverbior 15. v. 14.
(d) Psalm. 33. v. 4.
(e) Nehem. 9. v. 13
(f) Jerem. 7. v. 20.
(g) Paralip. 26. v. 14.

מֵרָחוֹק (a) *er ist einen Weeg von weiten gegangen*, das ist einen weiten Weeg. מִזְמוֹר לְהַזְכִּיר (b) *ein Psalm zur Erinnerung*, nemlich erinnerender. Und hiezu werden die Infinitivi Verborum sehr angewendet, um die Stelle des Substantivi zu vertretten, als aus angeführtem Exempel erhellet. Zuweilen wird ein Substantivum gänzlich adjective ohne Præposition genommē, so hauptsächlich in denen Substantivis qualitatis wahrgenommen wird: wie אֵשֶׁת חֵן (c) *ein Weib der Holdseeligkeit*, das ist ein holdseeliges Weib. Es vertritt auch das Substantivum mit einem Substantivo die Stelle des Adjectivi, wenn es im St. constr. gesetzet wird. Wovon aber in dem Regimen zu sagen der Ort seyn wird. Und endlichen wird oft ein Adverbium für ein Adjectivum unterschoben: wie בְּכָל הַגּוֹיִם סָבִיב (d) *in allen Völkern rings herum*, das ist allen umliegenden Völkern.

Die Adjectiva numeralia kommen folgender maßen. Von denen Cardinalibus kommet allein אֶחָד und אַחַת stätig dem Substantivo nachzusetzen: wie וַיְהִי נֶשֶׁר אֶחָד גָּדוֹל (e) *und es ware ein großer Adler.* Zwey und ferner, Singularis sowohl, als Dualis und Pluralis kom-

(a) Sprüchw. 7. v. 16. (b) Psal. 38. v. 1.
(c) 1. Kön. 4. v. 31. (d) Spüchw. 11. v. 16.
(e) Ezech. 17. v. 7.

הָלַךְ בְּדֶרֶךְ מֵרָחוֹק (a) *ivit viam a longe*, five longinquam. מִזְמוֹר לְהַזְכִּיר (b) *Pſalmus ad commemorandum*, nempe commemotorius. Atque in hunc uſum multum faciunt infinitivi verborum, ad explendas vices ſubſtantivi: ceu apparet allato exemplo. Immo ſubinde ſubſtantivum, penitus absque præpoſitione, vices adjectivi obit: quod potiſſimum in ſubſtantivis qualitatis fit: ceu אֵשֶׁת חֵן (c) *fæmina gratiæ*, idem ac ſi dicas fæmina gratioſa. Subſtantivum quoque cum ſubſtantivo, adjectivi munio fungitur, cum in ſtatu conſtructo poſitum eſt: de quo in regimine dicendi locus erit. Tandem adverbium non raro pro adjectivo ſubtruditur: ceu בְּכָל־הַגּוֹיִם סָבִיב (d) *in omnibus populis circum*, id eſt circumjacentibus.

Adjectiva numeralia hunc ordinem obſervant. De cardinalibus ſemper אֶחָד & אַחַת ſubſtantivum ſubſequuntur: ut וַיְהִי נֶשֶׁר אֶחָד גָּדוֹל & *fuit aquila magna. Duo* & porro, tam ſingularis quam dualis cum

(a) Proverb. 7. v. 16.
(b) Pſalm. 38. v. 1.
(c) 1. Reg. 4. v. 31.
(d) Proverb. 11. v. 16.
(e) Ezech. 17. v. 7.

kommen die Zahlen jederzeit vor dem Substantivo: so שָׁלֹשׁ עָרִים תַּבְדִּיל (a) drey Städte sollest du unterscheiden. אַרְבַּע טַבְּעֹת זָהָב (b) vier goldene Ringe. עַל שְׁלֹשִׁים עֲיָרִים (c) auf dreyßig jungen Waldeseln. Wenn diese Ordnung nicht beobachtet ist, zeiget sich die Elypsis des Verbi הָיָה. Die Ordinalia kommen allezeit nach dem Substantivo: also אֲנִי יְהוָֹה רִאשׁוֹן (d) ich bin der erste GOTT. דּוֹר שְׁלִישִׁי יָבֹא לָהֶם (e) die dritte Geburt soll zu ihnen kommen. Eigentliche Distributiva hat man nicht; sondern man bedienet sich der Ordinalium, welche man pfleget vorzusetzen, auch, da es der Inhalt der Rede erheischet, zu verdoppeln. Also שִׁבְעָה שִׁבְעָה אִישׁ וְאִשְׁתּוֹ (f) je sieben und sieben Männlein und Weiblein.

§. III.

Von dem Regimen des Nomen.

Bey zweyen zu unterschiedlichen Sachen gehörigen Substantivis, so zusammen kommen, kommet das erstere in Statu constructo, das andere zeiget den Genitivum an: wovon bereits in dem

(a) Numer. 19. v. 7. (b) Exod. 25. v. 12.
(c) Richter. 10. v. 4. (d) Jsai. 49. v, 4.
(e) Deuter 23. 4. (f) Genes. 7. 3.

plurali ſubſtantivum præeunt: ceu שָׁלֹשׁ עָרִים תַּבְדִּיל (a) *tres civitates ſegregabis.* אַרְבַּע טַבְּעֹת זָהָב (b) *quatuor annulos aureos.* עַל שְׁלֹשִׁים עֲיָרִים (c) *ſuper tribus pullis onagrorum,* Quo loco ordo hic, non eſt obſervatus, elypſis verbi הָיָה ſubaudit. Ordinalia ſemper ſubſtantivo ſubjunguntur: ita אֲנִי יְהוָה רִאשׁוֹן (d) *ego Deus primus.* דּוֹר שְׁלִישִׁי יָבֹא לָהֶם (e) *tertia generatio ad eos ventura eſt.* Propria diſtributiva non recognoſcimus: ſed eorum uſum ordinales præſtant, qui præponi ſolent; atque ſi ſenſus & contextus ſermonis exigat, geminantur: ita שִׁבְעָה שִׁבְעָה אִישׁ וְאִשְׁתּוֹ *ſeptena & ſeptena mas & fæmella ejus.*

§. III.

De Nominis Regimine.

Duorum ad diverſa ſpectantium ſubſtantivorum ſimul concurrentium prius, in Statu conſtructo ponitur, alterum genitivum indicat. Cujus alibi nimirum in ſtatu

(a) Numer. 19. v. 7. (b) Exod. 25. v. 12.
(c) Judic. 10. v. 4. (d) Iſai. 49. v. 4.
(e) Deuteron. 23. v. 9. (f) Geneſ. 7. v. 3.

dem St. constr. Nominis gemeldet worden: man merke hierorts: daß ein Substantivum kein Adjectivum reg eren könne; sondern mit selbem durchaus übereinstimmen müsse: מֵשִׁיב דְּבָרִים נְכֹחִים er antwortet bewährte Worte. Deme entgegen kan wohl das Adjectivum das Substantivum regieren: allwo aber eine Antimeria obwaltet: da das Adjectivum für ein Substantivum gesetzet, und demselben sodann gänzlich gleich gehalten wird: also אַשְׁרֵי הָאִישׁ (a) die Seeligkeiten des Mannes. In diesen Fällen dann geschiehet durch eine Hypallagen, daß dasjenige, so ein Adjectivum seyn, und folglich nachgesetzt werden solle, vorgehe. Und auf diese Art vertretten auch die Substantiva zuweilen die Plätze der Adjectivorum: wie כְּלֵי כֶסֶף das Geschirr des Silbers, das ist das silberne Geschirr.

Viele Substantiva können ein einziges Haupt-Substantivum, auf welches alle abzielen und angehören, regieren: z. E. וְאֵלֶּה יְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אַבְרָהָם (b) und dieses seynd die Täge der Jahren des Lebens Abraham.

Ein Substantivum, so nach sich ein Relativum entweder heimlich oder öffentlich hat, wird mit selbem gleich einem andern Substantivo constructo

structo

(a) Psalm. 1. v. 1. (b) Genes. 25. v. 7.

constructo nominis memineramus. Igitur hic proderit advertisse: substantivum nequaquam posse adjectivum regere: sed cum eodem concordari oportere. Ita מֵשִׁיב דְּבָרִים נְכֹחִים *respondet verba probata*, Contra ab adjectivo substantivum regi poterit: ubi tamen antimeria subest, cum adjectivum substantivaliter ponitur, adeoque ceu illud construitur: ita אַשְׁרֵי הָאִישׁ (a) *beatitudines viri*, In hoc casu per hypallagen accidit: ut illud, quod adjectivum esse, atque adeo postponi oportuit, præeat. Simili plane modo substantiva vices adjectivorum subinde agunt: quasi כְּלֵי כֶסֶף *vasa argenti*, id est vasa argentea.

Plura substantiva unicum principalius substantivum, ad quod omnia reliqua collimant, & adtinent, regere possunt: in exemplo וְאֵלֶּה יְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אַבְרָהָם (b) & *isti sunt dies annorum vitæ Abraham.*

Substantivum, quod post relativum sive palam, sive occulte sequitur, cum eodem, ceu alio substantivo construitur: uti

(a) Psalm. I. v. I.
(b) Genes. 25 v. 7.

ſtruct gemacht: alſo בִּמְקוֹם אֲשֶׁר יִשְׁחַט אֶת־הָעֹלָה (a) in dem Ort, alwo er wird ſchlachten das Brandopfer. Ja es kan ein Subſtantivum auch mit ſeinem nachgehenden Adverbio conſtruiret werden: alſo וְהֵסִירֹתָ דְּמֵי חִנָּם (b) und du ſolſt abthun das unſchuldige Blut. Endlich wird ſtatt des Genitivi auch das ל gebraucht: wo ſodann das vorgehende Nomen in Statu abſoluto bleibet, welches gemeiniglich der Genitivus poſſeſſoris iſt: wie מִזְמוֹר לְדָוִד Pſalm des Davids.

Die Subſtantiva werden mit denen Infinitivis gleich als mit Nominibus ſehr vielmahl conſtruiret: wie בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים (c) in den Tägen des Richtens deren Richtern.

Subſtantiva verbalia regieren gemeiniglich den Caſum des Verbi, wo ſie herrühren; und ſo oft derley Nomina an ſtatt des Verbi infiniti geſetzet werden, müſſen ſie den Caſum ihres Verbi beybehalten: z. E. לְיִרְאָה אֶת־יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ (d) zu förchten den HErrn deinen GOTT. Daß dieſes Subſtantivum für einen Infinitivum ſtehe, erhellet aus dem darauf unmittelbar folgenden Infinitivo לָלֶכֶת zu gehen, unwiderſprechlich.

Alle

(a) Levit. 4. v. 24. (b) 1. Könige 2. v. 31.
(c) Ruth. 1. v. 1. (d) Deuter. 10. 12.

uti בִּמְקוֹם אֲשֶׁר יִשְׁחַט אֶת הָעֹלָה (a) *in loco, in quo immolabitur holocaustum.* Immo & substantiva cum sibi subsequis adverbiis construi possunt · ita וַהֲסִירֹתָ דְּמֵי חִנָּם (b) *& abdicabis sanguinem innocentem.* Tandem pro genitivo, ל quoque usurpatur; tunc præcedens nomen in statu absoluto permanet, qui genitivus communiter est genitivus possessoris: ceu מִזְמוֹר לְדָוִד *Psalmus Davidis.*

Substantiva cum infinitivis, non secus ac cum nominibus, sæpissime construuntur: ceu בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים (c) *in diebus judicare judicium.*

Substantiva verbalia plerumque casum verbi, a quo descendunt, reposcunt; & quoties hujuscemodi nomina infinitivi loco ponuntur, debent casum sui verbi retinere: v. c. לְיִרְאָה אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ (d) *ad timendum Dominum Deum tuum.* Isthoc substantivum pro infinitivo adesse, immediate sequens infinitivus לָלֶכֶת *ad eundum*, extra omne dubium collocat.

Omnia

(a) Levit. 4. v. 24.
(b) 1. Reg. 2. v. 31.
(c) Ruth. 1. v. 1.
(d) Deuteron. 10. v. 12.

Alle Adjectiva der Begierd, Verlangen, Sorg, Forcht, Erkanntniß, nebst denen, so distributive genommen werden, regieren einen Genitivum. In welchen Fällen man bey den Lateinern den absoluten Ablativum, bey den Teutschen mit denen Præpositionen von, an, zu setzen pfleget: גְּדֹל הָעֵצָה וְרַב הָעֲלִילִיָּה groß des Raths, und viel des Werks. מְלֹא יָמִים (b) voll der Täge. Ein gleiches haben die Numeralia; so ebenfals den Genitivum des Substantivi regieren: als בֶּן־שְׁמֹנַת יָמִים יִמּוֹל (c) ein Sohn, acht deren Tägen soll beschnitten werden.

§. IV.

Von der Uebereinkommung des Nominis mit dem Pronomine.

Erstens kommen uns vor die angehangene Pronomina שֶׁ und הַ, שֶׁ kan den Theilen der Rede überhaupt,, ohne den Particulis vorgesetzet werden, ja so gar Pronominibus: z. E. שֶׁעֲמָלוֹ בְּחָכְמָה (d) wessen Arbeit mit Weisheit. שֶׁהוּא עָמֵל (e) was er arbeitet. In diesen Fällen ist es selten mit (:) ausgesetzt. הַ dienet haupt-

(a) Jerem. 32. v. 19. (b) Eod. 6. v. 11.
(c) Genes. 17. v. 12. (d) Ecclesiast. 2. v. 21.
(e) Eod. 22.

Omnia adjectiva cupiditatis, desiderii, curæ, timoris, cognitionis, item ea, quæ distributive sumuntur, genitivum regunt. quo loco Latinis ablativum absolutum, Germanis cum præpositione von, an poni solet: ceu גְּדוֹל הָעֵצָה וְרַב הָעֲלִילִיָּה (a) *magnus consilii, & multus operis.* מְלֵא יָמִים (b) *plenus dierum.* Quod item numeralibus fieri suetum est: ea enim æque genitivum reposcunt: ceu בֶּן־שְׁמוֹנַת יָמִים יִמּוֹל (c) *filius octo dierum circumcidetur.*

§. IV.

De Convenientia Nominis cum Pronomine.

Primo nobis separata pronomina שׁ & ה obvia sunt. 'שׁ omnibus summariam orationis partibus, demptis particulis, præfigi potest, neque etiam pronominibus exceptis: v. c. שֶׁעֲמָלוֹ בְּחָכְמָה (d) *cujus labor in sapientia.* שֶׁהוּא עָמֵל (e) *quid ille laborat.* His casibus raro ei (ּ) substratum est. 'ה qua-

(a) Jerem. 32. v. 19.
(b) Eodem 6. v. 11.
(c) Genes. 17. v. 12.
(d) Ecclesiast. 2. v. 21.
(e) Eodem v. 22.

hauptsächlich auf viererley Art: an der Stelle des Articuli der, die, das: wie הָהָר הַטּוֹב הַזֶּה, dieser gute Berg. Dann die Sache gewisser zu machen: so הַהוּא er selbsten. Mehr zur Zierde: wie הָעֶבֶד הָעִבְרִי (a) der Hebräische Knecht. Und letztens für שֶׁ. Hievon siehe das grammaticalische Alpha Beth. Nur kommet beyzusetzen, daß das ה׳ הידיעה gleichwie keinem Stat. constr. also auch keinem Nomini proprio, oder mit einem Affixo gesetzet werden möge.

Die abgesonderten Pronomina werden, wenn sie sonder der Vorartung ה׳ stehen, zierlich gesetzet, um die Stelle des Verbi הָיָה zu vertretten: wie כִּי עָפָר אַתָּה (b) weil du Staub (bist).

Die Pronomina interrogativa מָה, מֶה, מַה מִי werden den Nominibus und Pronominibus beederley Geschlechts und Numeri vorgesetzt. Also מַה לָּךְ was dir, d. i. was hast du. מִי אַתָּה wer bist du. מִי kan nur bey der Frag der Person gesetzet werden: wie מִי אַתְּ בִּתִּי (c) wer (bist) du meine Tochter. Wann das Substantivum diesem מִי vorgehet, so bedeutet es den Ge-

(a) Genes. 39. v. 17. (b) Eod. 3. v. 19.
(c) Ruth. 3. v. 16.

quadrifariam primario usum præstat: ut agat vices articuli *qui*, *quæ*, *quod*, ceu הָהָר הַטּוֹב הַזֶּה *iste mons bonus* Dein ad rem magis firmandam: ita הַהוּא *ille ipse*. Porro *ad ornatum* הָעֶבֶד הָעִבְרִי (a) *hic servus Ebræus*. Tandem pro שֶׁ. De hoc respice Alphabethum grammaticale. Addendum tamen: quod ה׳ הידיעה, quemadmodum nulli statui constructo, ita neque nomini proprio, aut cum affixo præmitti possit.

Sejuncta pronomina, cum sine præfixo ה׳ sunt, eleganter ad supplendum Verbum הָיָה locantur: ceu כִּי עָפָר אַתָּה (b) *quia tu pulvis* (es).

Pronomina interrogativa מַה מַה מֶה מִי nominibus & pronominibus utriusque generis, & utriusque numeri præmittuntur: ceu מַה לְּךָ *quid tibi*, i. e. quid habes. מִי אַתָּה *quis* (es) *tu*. מִי tantum ad interrogationem personæ poni potest; ceu מִי אַתְּ בִּתִּי (c) *quis* (es) *tua filia mea*. Cum substantivum huic מִי præpositum est, indicat geniti-

(a) Ganes. 39. v. 17.
(b) Eod. 3. v. 19.
(c) Ruth. 3. v. 16.

Genitivum poſſeſſoris: alſo אֶת שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי וַחֲמוֹר מִי לָקַחְתִּי (a) weſſen Ochſen habe ich genommen, und weſſen Eſel habe ich genommen. Eben dieſes מִי drucket den Genitivum aus, da es mit der Vorartung לְ kommet. Alſo לְמִי אַתָּה וּלְמִי אֵלֶּה לְפָנֶיךָ (b) weſſen (biſt) du, und weſſen (ſeynd) dieſe vor deiner, מָה, מַה, מֶה können nur allein bey der Frage einer Sache geſetzet werden: wie מָה־אֱנוֹשׁ (c) was (iſt) der Menſch? מַה תָּאֳרוֹ (d) wie (iſt) ſeine Geſtalt? Man bemerke dennach: daß wann das מִי bey der Frage einer Sache ſtünde, man beynebſt eine Perſon, von welcher gefraget wird, zu verſtehen habe: wie מִי־פֶשַׁע יַעֲקֹב (e) wer iſt die Miſſethat Jacobs? verſtehe: wer iſt deſſen Urſacher? מַה kan auch zierlich für etwas genommen werden; dazumahl aber wird es dem Subſtantivo nachgeſetzet: wie לֶחֶם מָה אָכַלְתִּי etwas Brod habe ich gegeſſen. Auch wird ſo gar das Subſtantivum mit ſelben conſtruiret: wie דְּבַר מָה etwas weniges.

Von

(a) 1. Sam. 17, v. 48. (b) Geneſ. 32. v. 18.
(c) Pſalm. 8. v. 5. (d) 1. Sam. 28. v. 14.
(e) Mich. 1. v. 5.

nitivum possessoris: ita אֶת שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי וַחֲמוֹר מִי לָקַחְתִּי (a) *cujus bovem accepi, aut cujus asinum accepi.* Ipsum id מִי genitivum exprimit, quando cum præformatione ל convenit: ita לְמִי אַתָּה וּלְמִי אֵלֶּה לְפָנֶיךָ *cujus* (es) *tu, & cujus* (sunt) *hi ante te.* מָה מֶה, מַה tantum apud interrogationem rei locum habent: ceu מָה־אֱנוֹשׁ (c) *quid* (est) *homo*, מַה תָּאֳרוֹ (d) *quid* (est) *forma ejus.* Nota igitur: quod quoties מִי apud interrogationem rei offendes: præterea persona, de qua quæratur, subaudienda sit: ceu מִי־פֶשַׁע יַעֲקֹב (e) *quis est peccatum Jacob?* puta: *quis ejus caussa est.* מַה eleganter pro *aliquid parum* sumi potest: tuncque substantivo postponitur: ceu לֶחֶם מָה אָכַלְתִּי *pauxillum panis comedi.* Immo cum eodem substantivo quoque construitur: ita דְּבַר מָה *quid sermonis?*

(a) 1. Sam. 17. v. 58.
(b) Genes. 32. v. 18.
(c) Psalm. 8. v. 5.
(d) 1. Sam. 28. v. 14.
(e) Mich. 1. v. 5.

Von denen Pronominibus demonstrativis hat man zu beobachten, daß deren Wiederholung eine Distribution anzeigen will: z. E. וְקָרָא זֶה אֶל־זֶה (a) und es rufte der eine zum andern, גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה (b) ein Zaun von dieser, und ein Zaun von jener Seiten.

Die Pronomina affixa müssen mit demjenigen, von dem die Rede ist, nicht mit dem Substantivo, deme sie angehangen werden, im Genere und Numero übereintreffen: also עַל כֵּן יַעֲזָב־אִישׁ אֶת אָבִיו וְאֶת אִמּוֹ (c) derentwegen wird ein Mann verlassen seinen Vater und seine Mutter. Wo das Pronomen mit אִישׁ übereinkommet.

An-

(a) Isai. 6. v. 3.
(b) Numer. 22. v. 24.
(c) Genes. 2. v. 24.

De pronominibus demonſtrativis obſervandum eſt: eorum reiterationem, diſtributionem innuere: v. c. וְקָרָא זֶה אֶל־זֶה & *vocavit unus alium*, (b) גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה *ſæpes ab hinc, & ſæpes ab illinc.*

Pronomina affixa cum eo, quod eſt ſubjectum orationis, non vero cum pronomine, cui adnectuntur, in genere & numero concordia eſſe debent: ita עַל כֵּן יַעֲזָב־אִישׁ אֶת אָבִיו וְאֶת אִמּוֹ (c) *idcirco derelinquet vir patrem ſuum, & matrem ſui*: ubi pronomen cum אִישׁ convenit.

(a) Iſai. 6. v. 3.
(b) Numer. 22. v. 24.
(c) Geneſ. 2. 24.

Anderter Abschnitt.

Von der Zusammenfügung des Verbi.

§. I.

Uebereinkommung des Verbi mit dem Nomine.

Es stimmet mit andern Sprachen überein: daß das Verbum finitum entweder heimlich oder öffentlich einen Nominativum bey sich führe. Wenn demnach kein Nominativus vorhanden, und das Verbum in der dritten Person gesetzet ist, bedeutet es ein Impersonale. Also וַיִּקְרָא שְׁמוֹ (a) **und hat gerufen seinen Namen**, das ist: **sein Name ist gerufen worden.** Da übrigens das Verbum gleichsam seinen eigenen Nominativum pronominalem jederzeit mit sich führet, ist das ausdrücklich gesetzte Pronomen das Anzeigen eines Nachdrucks z. E. אַתָּה עָשִׂיתָ הַשָּׁמַיִם (b) **du hast gemacht die Himmeln.** Bey denen Participiis hingegen müssen die Pronomina jederzeit öffentlich gesetzet werden, allwo das Pronomen eigentlich dem Participio vorstehen soll: wie וְאַתָּה עֹשֶׂה אִתִּי רָעָה (c) **du bist der mit mir übel thuende.**

(a) Jes. 9. v. 6. (b) Nehem. 9. v. 6.
(c) Richter 11. v. 27.

SECTIO ALTERA.

De Convenientia Verbi.

§. I.

Convenientia Verbi cum Nomine.

Commune cum alienigenis linguis: quod verbum ſinitum, ſive aperte, ſive clam, nominativum ſecum ferat. Si igitur nullus nominativus adſit, verbumque in tertia perſona poſitum ſit, pro imperſonali ſuſpiciendum. Ita וַיִּקְרָא שְׁמוֹ (a) *vocavit nomen ejus*, ac ſi dicas: *vocatum nomen ejus eſt.* Cæterum cum quodvis verbum ſuum pronominalem nominativum quaſi in ſe claudat, ſeorſim poſitum pronomen indicium energiæ eſt: v. c. אַתָּה עָשִׂיתָ הַשָּׁמַיִם (b) *tu cælos feciſti.* Contra participia ſemper, aperte poſita pronomina repoſcunt; eaque pronomina participiis præponenda ſunt: ceu וְאַתָּה עֹשֶׂה אִתִּי רָעָה (c) *tu es faciens mihi malum.* Attamen po-

(a) Jeſ. 9. v. 6.

(b) Nehem. 9. v. 6.

(c) Judic. 11. v. 27.

Jedoch und hauptsächlich, wenn es Fragweis vorkommet, kan das Pronomen auch nachgesetzet werden. הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי (a) (bin) **ich dann der Hüter meines Bruders?**

Der Nominativus bey dem Passivo kan mit dem Wörtlein אֵת zu mehrerem Ausdruck gesetzet werden: welches אֵת recht zu sagen, so viel als das Substantivum עֶצֶם **Wesenheit**, das ist: **wesentlich**, andeuten will: wie וְלֹא יִמַּס אֶת־לְבַב אֶחָיו (b) **und es soll nicht zerfließen das Herz seiner Brüder.** Dieses אֵת kommt selten bey einem Verbo activo vor, und da man es findet, ist es nur bey denen Verbis intransitivis: wie וְאֶת הַבַּרְזֶל נָפַל בַּמָּיִם (c) **und das Eisen ist in das Wasser gefallen.**

§. II.

Von dem Regimen des Verbi.

Wir werden dasjenige, was unsere Sprache mit andern, besonders der Lateinischen gemeinschaftlich hat, vorbey gehen, und nur die Verba nach denen Casibus, so sie regieren, eintheilen. Es lieben demnach den Dativum die Verba zu **drücken, ängstigen** הֵצִיק, הֵצִיר: zu **entlassen** הֵנִיחַ: zu

(a) Genes. 4. v. 9. (b) Deuter. 20. v. 8.
(c) 2. König. 6. v. 5.

test & subinde pronomen postponi, maxime, cum interrogandi modo venit: ceu הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי (a) *an custos ego fratris mei* (sum)?

Nominativus passivi cum dictione אֶת majoris emphasis gratia poni potest: quod אֶת (ut quod res est, dicam) idem innuere vult, quod substantivum עֶצֶם *substantia*, id est *substantialiter:* ceu (b) וְלֹא יִמַּס אֶת־לְבַב אֶחָיו *& non diffluet cor fratrum ejus.* Hoc אֶת raro cum activis verbis obvium est, cum tamen offendes, id erit cum verbis intransitivis: ut וְאֶת הַבַּרְזֶל נָפַל בַּמָּיִם (c) *& ferrum cecidit in aquam.*

§. II.

De Regimine Verbi.

Prætermissis iis, quæ nostræ linguæ cum aliis, præsertim latinæ, communia sunt, tantummodo verba casuum, quos regunt, ordine partimur. Itaque Dativo gaudent verba *arctandi*, *premendi* הֵצִיק,

 הֵצִיר:

(a) Genes. 4. v. 9.
(b) Deuteron. 20. v. 8.
(c) 2. Regum 6. v. 5.

zu erwarten כִּתֵּר , חִכָּה : zu befragen, zu berathschlagen שָׁאַל : zu antworten, zu befehlen עָנָה , הֵשִׁיב : zu spotten לָעַג , הֵתֵל : zu verachten בּוּז , בָּזָה : zu küssen נָשַׁק : zu hintergehen, zu überreden הִשִּׁיא : zu heilen רָפָא : zu rufen, schreyen קָרָא : zu ehren כִּבֵּד : zu erhalten, zu helfen עָזַר , הוֹשִׁיעַ . Merke hierob: daß von denen Verbis zu befragen an durchaus, zuweilen statt des Dativi, ein Accusativus, entweder ohne, oder mit der Præposition אֶל , עַל oder בּ erfordert werde. Daß die Verba der Benennung nebst dem Nominativo noch einen Dativum, welcher bey den Lateinern der andere Nominativus ist, regieren: wie לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה (a) dieser wird genennet werden Weib, das ist: sie wird ein Weib genennet werden. Beynebst, wenn dieses Verbum קָרָא mit dem Substantivo שֵׁם von GOtt gesagt wird, deutet es auf die Anrufung GOttes in dem Gebett: wie אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם י״י (b) damahlen haben sie angefangen zu rufen, (das ist anzurufen) den Namen GOttes. Von einer Creatur aber, heißet es selbe mit Namen nennen: als קָרָאתִי בְשִׁמְךָ (c) ich habe

(dich

(a) Genes. 2. v. 23. b) Eod. 4. v. 26.
(c) Isai. 43. v. 1.

הֵצִיר : *dimittendi* הֵנִיחַ : *expectandi* חִכָּה, כִּתֵּר : *interrogandi, consulendi*, שָׁאַל : *respondendi, mandandi* הֵשִׁיב, עָנָה : *subsannandi*, הֵתֵל, לָעַג : *spernendi* בּוּז, בָּזָה : *osculandi* נָשַׁק : *decipiendi* הִשִּׁיא : *medendi* רָפָא : *vocandi, clamandi* קָרָא : *honorandi* כִּבֵּד : *servandi, juvandi* הוֹשִׁיעַ. Adverte: quod inchoando a verbis interrogandi usque ad finem, subinde in locum dativi, accusativus, sive absque, sive cum præpositione אֶל, עַל aut ב substituatur. Quod verba nuncupandi præter nominativum alium quoque dativum, qui latinis alter nominativus est, regant: ceu לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה (a) *huic nominabitur virago*, id est: *dicetur virago*. Præterea hoc verbum קָרָא, dum cum substantivo שֵׁם de Deo dicitur, innuit ejusdem invocationem in precibus: ceu אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם י״י *tunc incœperunt vocare* (id est invocare) *in Nomine Domini*. De creaturis vero significat nomine nuncupare: ceu קָרָאתִי בְשִׁמְךָ (c) & *vocavi te in nomi-*

(a) Genes. 2. v. 23. (b) Eod. 4. v. 26.
(c) Isai. 43. v. 1.

